

Bartoli a Saxoferrato
Liber minoricarum decisionum
(Tractatus de minoricis in libros III distinctus)

DISCLAIMER:

This text was created mainly for my own benefit, but others are welcome to use it for whatever (non-commercial) purpose they wish. It is meant to be a faithful transcription of Bartolus' text as it appears in the 1590 Venetian edition (10:106vb–113va) of his works, but with the following warnings:

- In many ways, this is the *opposite* of a critical edition. First, the base text claims no special authority. Second, aside from correcting the obvious misprints of the edition, I have been primarily concerned to note where this text diverges from our modern (if not always critical) editions of the texts Bartolus quoted from while writing his tract, rather than worrying about whether the 1590 text is transmitting a faulty version of Bartolus. (Some more work remains to be done on this score.) Third, the *apparatus criticus* is not wholly consistent in how it documents these variations between the texts.
- I have made no consistent attempt to follow the punctuation of this edition.
- In the margins of the text below, I have marked where the column changes in the 1590 edition as well as to the recent (2007) reprint made by Vico Verlag of the Basel edition (1562; 5:560a–578a).
- Most legal references have been identified; those that remain to be identified have been put in **bold**. Thus far, Diplovatatus's annotations have been left almost entirely untouched.
- Bartolus provides numerous internal cross-references in the text; so far, I have only sorted out a few of them in the *apparatus fontium*. (They probably deserve their own *apparatus*.)
- Pay attention to the version number if you are interested in more recent—and hopefully better—versions of this text.

I hope to make this text increasingly useful (to me, at least) over time. Any and all suggestions, corrections, or criticisms are most welcome.

SIGLA

BF	<i>Bullarium franciscanum</i> , in Sbaralea and Eubel 1983
C.	<i>Codex Iustiniani</i> aut <i>Causa in Decreto Gratiani</i>
Clem.	<i>Clementinae</i> uel <i>Constitutiones Clementis V</i>
D.	<i>Digesta</i> uel <i>Pandectae Iustiniani</i> , aut <i>Distinctio in Decreto Gratiani</i>
ed.	<i>Liber minoricarum decisionum</i> , in Bartolus de Saxoferrato 1590
F	Friedberg 1959
I.	<i>Institutiones Iustiniani</i>
K	Krueger et al. 1966
N.	<i>Nouellae constitutiones Iustiniani</i>
RegB	<i>Regula bullata</i> , in Esser 1978
T	Tarrant 1983
VI	<i>Liber sextus decretalium</i>
X	<i>Liber extra</i> uel <i>Decretales Gregorii IX</i>
<...>	Uerba et sigla suppleui

BARTOLI A SAXOFERRATO
TRACTATUS DE MINORICIS,^a
In libros IIII distinctus

PROŒMIUM

[106vb] Minorum Fratrum sacra religio fuit a Christi confessore Francisco, in artissima
paupertate fundata, et a multis Pontificibus approbata, cuius uitae tanta est no-
uitas, quod de ea in corpore iuris ciuili non reperitur authoritas, sacri tamen
canones circa eos multa sanxerunt, et ut reprehenderent eos mordentium linguas,
et purificarent eorum conscientias principaliter prouiderunt. Circa uero quaestio- 5
nes, et dubia, quae propter bona temporalia ipsis fratribus ad uitam necessaria
possunt occurrere, principaliter non prouidit Pontificatus authoritas, ideo est
necessaria magistralis authoritas, quae per rationes, et similia determinet ista
dubia. Ueruntamen de iis, quae largitione fidelium uiuentium fratribus ipsis
obueniunt, raro occurrunt litigia, quam uiuentes ipsi liberam uoluntatem erga 10
[56ob] eos libere exequuntur. Sumptus | uero, qui a personis morientium ipsis fratri-
bus relinquuntur, uel possent alias ex eorum persona fratribus obuenire, propter
successorum indeuotorum auaritiam, et tenacitatem, multas uidi contentiones
et lites. Ut igitur fratribus in suis necessitatibus sit prouisum, et ut deuotorum
successorum cupiditas compescatur, et magistris scholasticis haec ignorata iura 15
patefiant; Ego Bartolus de Saxoferrato Perusinus ciuis, minimus inter legum Doc-
tores hoc opusculum feci, in quo nihil proterue dico, nihil pertinaciter affero, sed

^aT. D. Minoricis. De isto tractato in 4 libris Bartolus facit mentionem idem Bartolum in l. quidam, §. Papin. in fi., ff. de admin. tut. et in l. 1. ff. de leg. 1; et in l. is potest.; ff. de acqui. haere.; et in l. cum pater., §. haereditatem; ff. de lega., 2; et in consi. 5, incip. uisa quadam petitione; et in consi., 5, uiso testamento, li. 1. Et adde, quod dicta Bartolus hic assumit Baldum in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl., l. priuil. eodem titulo; et Alex. de Imo. in l. 1; ff. de leg., 1 in dicta l. is potest. in addit. Bartolus. Et dicit Paullus de Castro in dicto auth. ingressi. quod Bartolus fecit istum tractatum ualde pulchrum, et subtilem, quem appellauit Minoricarum, sed Baldus nititur ibi reprehendere in quampluribus, ut ibi per eum, et limita dicta Bar. Et intellige, ut per Baldum in d. auth. ingressi. Adde, quod stantibus pluribus priuilegiis concessis per Summos Pontifices post mortem Barto. non est insistendum in dictis Bar. hic. Et in materia istius tract. Quae autem sit authoritas reuer. dom. Car. protectoris fratrum minorum, et authoritas Reuer. dom. Generalis, quae sit, et an sit eadem. Uide Card. Flor. in consi. 17, incip. casus. Ubi uideas, et istis nostris temporibus fuit maxima quaestio inter Reuer. dom. Grimantum Cardinalem protectorem ordinis, et Reuer. dom. Generalem. Et adde etiam, quod fratres minores, licet non possint agere iure actionis, tamen possint officium iudicis implorare. Uide Ias. in l. 1, C. qui admi.

si quid hic reperitur insertum, quod a determinatione sanctae matris ecclesiae, uel
 a ueritate aliquo modo deuiaret, hoc ex inaduertentia, lapsu linguae, et uelocitate
 20 calami euenisse credatur, paratus corrigere, et ex nunc corrigo, cum ueritas fuerit
 patefacta, sanctae matris ecclesiae, et cuiuslibet melius ueritatem, et clarius intuen-
 tis, me humiliter correctioni supponens. Quod opusculum, librum Minoricarum
 decisionum uolui nuncupari, tam ab ipsius principio, quam ab ipsius materia.
 Totum enim quod in eo dicitur, de fratribus minoribus intelligantur, nec ad alios
 25 extendatur, nisi quatenus in eo continentur expresse. Quia tamen hoc opusculum
 facere per constitutionem Nicolai tertii uidetur prohibitum, et poenale, ideo ut
 hoc opusculum contra insultantes secum deferat defensionem, constitutionem
 praedictam hic suspendit Ioannes Papa, quam hic de uerbo ad uerbum inserere
 placuit, etc.

30 *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quia non-*
nunquam quod coniectura profuturum credidit, subsequens experientia nociuum
ostendit, non debet reprehensibile iudicari, si canonum conditor canones a se, uel
a suis praedecessoribus, uel aliqua in eisdem contenta canonibus reuocat. Sane
dudum faelicis recordationis Nicolaus Papa tertius praedecessor noster quandem
 35 *constitutionem declaratoriam, quae incipit, Super regula dilectorum filiorum ordinis*
fratrum minorum, quam beatus Franciscus altissimus confessor instituit, et promul-
gauit sub certis poenis arctius interdicens, ne concordantiae, seu conrietates, seu
aduersae, uel diuersae opiniones ab ipsius constitutionis lectoribus, seu expositoribus
inducantur, nec super ipsa constitutione glossae fiant, nec formae per quas uerbum,
 40 *uel sensus ipsius, uel constructio quasi grammaticae, alias ad literam exponatur,*
nec intellectus ipsius per legentem discutiatur ad aliud quam constitutionis ipsius
litera ipsa sonat. Glossantes autem in scriptis constitutionem eandem aliter quam
 | *superius est expressum, facientesque commentum, scripturam, seu libros, ac ex*
 45 *certa scientia determinare, et determinare in scholis, seu praedicationibus contra*
contenta in constitutione praedicta, seu alia, seu aliquid praedictorum, non ob-

|106ra|

30-73 Quia nonnunquam, in totum

33 praedecessoribus] predecessoribus editos T | reuocat] reuocare modificare uel suspendere
 studeat, si ea obesse potius uiderit quam prodesse T 35 declaratoriam] declaratiuam T | incipit]
 incipit 'Exiit' T 36 et] om. T 37 seu¹] om. T 39 inducantur] aliquatenus inducatur T
 | fiant, nec formae] fiant ab aliquo, nisi forsitan T | quas] quos T 40 uel] seu T | constructio]
 constructio uel ipsa constitutio T | grammaticae, alias] gramaticaliter T 41 discutiatur]
 distorqueatur T | ipsius] eiusdem T 43 facientesque] facientes quoque T | scripturam]
 scripturas T 44 determinare, et determinare] deliberatione determinantes T | praedicationibus]
 predicantes T 45 seu alia, seu aliquid] uel aliqua seu aliquod T

stantibus aliquibus priuilegiis, seu indulgentiis aut literis Apostolicis quibuscumque personis, dignitatibus, uel oridinibus aut locis religiosis, uel secularibus, generaliter, uel singulariter, sub quadam forma, uel expressione uerborum, quae solet in praedictis aliquibus quomodolibet suffragari, ipso facto excommunicationis sententiae uoluit subiacere. Nos autem attendentes, quod argumentis frequentibus et collationibus latens ueritas aperitur, quodque sub eadem litera saepe latet multiplex intellectus, nec non esset difficile uolentibus constitutionem ipsam perfecte legere ac intelligere, poenas adiectas in constitutione eius euitare, ac uiam ueritatis aperire uolentibus ac periculis, quae ex praedictis possent literatae incurrere personae, praecipue scholasticae in errore salubriter obuiare, praesertim cum de nouo sub Rota sunt aliqua dubia, circa quae periclitatur ueritas et erroribus uiam pandit, nisi liceret conferre, super contentis in constitutione hac, et, disputare prohibitiones, et poenas praedictas, tam latas, quam comminatas, et eorum effectus, in fratrum nostrorum, ac multorum episcoporum, archiepiscoporum, praelatorum, nec non multorum professorum utriusque iuris, et multorum sacrae Theologiae magistrorum praesentia dum consistorium teneremus, autoritate Apostolica duximus usque ad beneplacitum sedis Apostolicae suspendendas. Pro suspensione autem huiusmodi, nec in quem intendimus licentiam impartiri, quod contra statutam regulam praedictorum dogmatizare, scribere, seu determinare, praedicare seu praue loqui liceat, publice, uel occulte, quinimo omnibus et singulis auctoritate praedicta districtius inhibemus. Ne autoritate | praemissorum, in posterum praemissorum inhibito, et poenarum suspensio in dubium reuocari ualeat, ne alicui propter defectus probationis contingat, quod uelut transgressor prohibitionum ipsarum in poenam seu poenas non incideret antedictas. Nos uolentes super hoc de opportuno remedio prouidere, chartas, seu membranas suspensiones continententes easdem, appendi, seu affigi in maioris ecclesiae Auenionensis ostiis, seu super ostiis fecimus, ubi suspensiones praedictae suo quasi sono, praeconio, et patulo iuridico publicabantur. Data Auenionii uii. Kalendas Aprilis Pontificatus nostri, anno ui.

|561a|

48 uerborum] uerborum concessis T 51 aperitur] aperiatur T 52 ipsam] predictam T
 53 eius euitare, ac] huiusmodi deuitare T | ueritatis] ueritati T 54 uolentibus] uolentes T
 55 in errore] om. T 55–56 sub Rota sunt] suborta sint T 56 uiam pandit] uia pandi T
 57 hac, et] huiusmodi et etiam T 59 multorum] corr. ex mnltorum | multorum T | praelatorum] aliorum prelatorum T 62 Pro suspensione] Per suspensionem T 62–63 nec in quem ... impartiri] nequaquam licentiam cuiquam intendimus impartiri T 65 omnibus] hoc omnibus T | praedicta] apostolica T 66 autoritate praemissorum] om. T | inhibito] prohibitionum T 67 defectus] defectum T | contingat] impingi T 68 non incideret] incidit T 70 suspensiones] suspensionem T | easdem] eandem T 71 super ostiis] superliminaribus T | fecimus] faciemus T | suspensiones praedictae] suspensionem predictam T 72 sono] sonoro T | iuridico publicabantur] iudicio publicabant T

75 Hoc autem opusculum diuido in libros quatuor. In primo, de haereditatibus, quae fratribus relinquuntur. Secundus, de relictis singularibus, quae in suis uoluntatibus homines fratribus largiuntur. Tertius, de executionibus ultimarum uoluntatum, quae fratribus iniunguntur. Quartus, de haereditatibus et bonis quae ab intestato fratribus deferuntur. Quemlibet autem librum diuido per capitula, ut primi libri series manifestat.

MINORICARUM LIBER PRIMUS

〈 DISTINCTIO PRIMA 〉

CAPITULUM I

1. *Status fratrum minorum in artissima paupertate fundatur, et uita singularis, nu. 7.*
2. *Deportati in insulam, licet perdant ea quae sunt iuris ciuilibus retinent tamen ea quae sunt iuris gentium, et ex his causis acquirunt.*
3. *Seruus poenae licet omnia perdat, tamen ei fit legatum pro alimentis, et iudicis officium implorat.*
4. *Legatum factum seruo pro alimentis tenet.*
5. *Fratres praedicatores habent in communi, nec eorum regulae repugnat.*
6. *Regula fratrum minorum est magis stricta, quam fuerit regula Apostolorum.*
7. *Testamentum, in quo fratres minores sunt instituti, est nullum, si substitutus non est datus.*

Dato substituto uel alio cohaerede ualet.

De haereditatibus, quae in testamento fratribus relinquuntur, multa dubia oriuntur. 80
 Primo enim uidendum est, quis est iste singularis status fratrum minorum, ex quo ista dubia oriuntur. Hoc exprimit Nicolaus in c. Exiit qui seminat, §. Porro, De uerborum significatione, libro sexto, ubi sic ait, *Porro cum regula ipsa expresse contineat, quod fratres nil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sitque declaratum per eundem praedecessorem Gregorium ix et nonnullos alios* 85
hoc seruari debere, tam in speciali, quam etiam in communi.

Et alibi eodem c. §. Caeterum; dicitur sic, *Caeterum, cum in eadem regula sub praecepti distractione prohibitum est, ne fratres recipiant per se, uel per alios denarios, uel pecuniam nullo modo, idque fratres in perpetuum seruare cupiant, et uel iniunctum id necesse habeant adimplere*, etc. Et istud quantum ad abdicationem 90
 proprietatis refertur per Nicolaum in c. Exiit, §. Ad haec. Quantum uero ad pecuniam ubi Clemens strictius loquitur in eodem c. §. Denique, cum idem confessor, sic ait, *summe affectaret suae regulae professores esse abstractos totaliter ab affectu, et desiderio terrenorum, et specialiter pecunia et eius usu totaliter expertes, sicut | probat prohibitio de recipienda pecunia, et regula saepius repetita*, etc. 95

[106vb]

83–86 VI 5.12.3 (col. 1112) 87–90 VI 5.12.3 (col. 1115) 91 VI 5.12.3 (col. 1114) 93–95 Clem. - 5.11.1 (col. 1196)

84 nil] nihil F 89 nullo] ullo F 90 uel] uelut F | id] om. F 91 Nicolaum] Clementem ed. 93 affectaret] affectauerit F 94 pecunia] a pecunia F | expertes] inexpertos F 95 et] in F

Ecce statum † eorum in arctissima paupertate fundatum, qualis status inter 1
 seculares homiines ob aliquam causam nullo iure institutionis est inuentus. Nam
 homines liberi cuius status est integer, habere possunt in proprio, et in communi.
 Quidam tamen sunt, † quorum status propter poenam minutus est, ut deportati 2
 100 in insulam, qui licet ea, quae iuris ciuilis sunt perdant, tamen quae iurisgentium
 sunt retinent, et ex his causis possunt sibi acquirere, et actiones habere, ff. de
 poenis, l. quidam sunt, ff. manda., l. si mandauero, §. is cui., et de re iudica., l. si
 uictum, et ibi notatur. Quidam sunt † serui poenae, et sic eorum status in totum 3
 perimitur, et sic perdunt omnia, tamen pro alimentis potest sibi legari, et ipsemet
 105 potest per se, uel pro alios iudicis officium implorare, ut ibi soluatur, ut ff. de
 ali. et cib. leg., l. is cui. et **l. si seruus**, et de his quae pro non scri. ha., l. si in
 metallum. Tamen fratres praedicti pro nulla re temporali possunt esse in iudicio,
 et infra | dicitur, de his, quibus usus pecuniae non reperitur interdictus. Non |561b|
 ergo sunt in tanta paupertate propter poenam, in quanta sunt fratres minores
 110 propter Christum. Quidam etiam sunt, † quos seruos fecit captiuitas, uel natiuitas.
 Istis et ex causa alimentorum potest legari, et in multis causis pro re temporali in
 iudicio esse possunt, ut ff. de iu., l. lis nulla; et eis usus pecuniae non est interdictus,
 ut ff. de manum. l. is qui. Non enim sunt in tanta extremitate, in quanta sunt
 fratres praedicti propter Deum. De his, qui in ecclesia Domini militauerunt,
 115 nullum genus hominum reperio constitutum in tanta paupertate. De clericis enim
 secularibus, religiosis non mendicantibus non est dubium. De religiosis uero aliis
 mendicantibus constat, quod aliqua habent in communi quo ad proprietatem,
 ut colligitur ex uerbis Gregorii Papae 9 in constitutione, Quia quorundam, de
 uerborum significatione in Extrauagantes Ioannis dum dicit, *fratres minores, et*
 120 *praedicatores in arctissima paupertate docuit pauperes famulari, et tamen constat †* 5
ipsos praedicatores in communi habere, etiam quo ad proprietatem aliquid quod
eorum regulae, et statui non repugnat, etc.

De domino nostro Iesu Christo, et de apostolis, et quid iuris fratres habeant in
 rebus, quarum usus est eis permissus, illud est quod inconcusse credere debemus
 125 per Ioannem Papam 22, qui declarauit, et statuit in constitutionibus suis, quarum
 una incipit, Ad conditorem canonum, de uerborum significatione, in Extraua-
 gantes; alia incipit, Cum inter nonnullos eodem titulo; alia uero incipit, Quia

102 D.48.19.17 | D.17.1.22.5 102–103 D.42.1.34 106 D.34.1.11 106–107 D.34.8.3 108 Infra,
 ll. ??? 112 D.5.1.4 113 D.40.1.4 119–122 QQM 180–183 (272), paraphrasing *Nimis praua*
 (X 5.31.17), ‘Quum quidam uiri religiosi, utputa fratres Praedicatores et Minores, quorum ordi-
 nem et regulam sedes apostolica nosbitur approbasse, in arctissima paupertate Christo pauperi
 famulentur’. 126 ACC² 127 CIN 127–128 QQM

113 qui] cui *ed.* 120 arctissima] altissima T | docuit pauperes] Christo pauperi T
 121 aliquid] aliqua T 127 nonnullos] nouellos *ed.*

quorundam, supra allegata. In eadem tamen constitutione, Quia quorundam,
 6 dicit † in quibusdam fratrum uitam esse magis strictam secundum regulam quam
 fuit apostolorum, dum sic ait, *Constat enim multa contineri in dicta regula, quae* 130
nec Christus uerbis docuit, nec exemplo firmavit, ut puta quod praecepit conditor
dictae regulae fratribus uniuersis, ut nullo modo denarios, uel pecuniam recipiant
per se, uel per interpositam personam, necnon de multis existentibus in dicta re-
gula, quae utique nec apostoli docuerunt, nec firmauerunt exemplo. Nec obstat
quod Christus portare pecuniam apostolis, et discipulis, dum eos ad praedicandum 135
 7 *mitteret, interdixit, quod tamen antequam ad praedicandum mitteret non legimus*
interdictum, quia post reditum pecuniam portauerunt, ut in plerisque locis euangeli-
ca ueritas, et apostolica dicta attestantur. Cum † ergo sit uitae tanta singularitas,
 non mirum si eorum occasione singularia dubia orientur.

CAPITULUM II

Quidam in suo testamento fratres minores, uel unum eorum instituit haeredem. 140
 Primo queritur,^b an ualeat testamentum. Ad quod sciendum est quod decretalis,
 Exiui de paradiso, de uerborum significatione in Clementina dicit, quod fratres
 minores istarum institutionum nullatenus sunt capaces; tamen addam, si quidem
 sunt instituti, et nullum habent substitutum, uel cohaeredem, quod testamentum
 est nullum, et haereditas pertinet ad uenientes ab intestato, ut ff. de his quae pro 145
 non scrip. hab., l. si in metallum, et C. de haered. inst., l. 1, ff. de testa. milit., l.
 neque enim. Si uero fratres instituti habeant substitutum, uel cohaereditatem, ad
 quam primo pertinet, uel adeunte cohaerede, cui crescit portio relicta fratribus.
 Ubi substitutus non est, C. de cad. tol., l. 1, in principio, §. his itaque.

CAPITULUM III

^bTho. Dip. Primo quaeritur: Uide plene per Alex. de Imo. in l. si quis mihi bona, §. si seruus, ff. de acq. haered.

130–138 QM 136–145 (269) 143 Clem. 5.11.1 (col. 1196) 146 D. 34.8.3 | C. 6.24.1 147 D. -
 29.1.13(14).1 149 C. 6.51.1.10 (= His ita)

131 uerbis] uerbo T 132 dictae] om. T | denarios] denarium T 133 necnon] necnon
 et T | multis existentibus] multis aliis contentis T 134 nec apostoli] nec Christus nec
 apostoli uerbo T 136 quod] quia T | ad praedicandum mitteret] eos mitteret ipsis fuisse
 T 137 quia] quodque T | portauerunt] portauerint T 138 attestantur] testantur T
 143 nullatenus] nullatenum ed. 149 C] D ed.

1. *Ille apud quam remanet haereditas, in qua erant instituti fratres minores, an eam licite in foro cconscientiae [sic] retineat, et nu. 7.
Nec tenetur illam commutare in speciem alterius relicti, nu. 9.*
2. *Obligatus ad aliquid de iure naturali, licite illud non retinet in foro conscientiae.*
3. *Obligatio naturalis oritur ex testamento imperfecto et minus solenni ex defectu solemnitate, et nu. 8.*
4. *Qui tenet aliquid contra uoluntatem defuncti, cui successit, in foro conscientiae illud licite non retinet.*
5. *Dispositio defuncti continens aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impossibile de iure.*
6. *Oratio uniuersalis, nullatenus, praedicatur de pluribus.*
9. *Obligatio naturalis non oritur inter cohaeredes ex testamento. |*
10. *Fratres minores sunt incapaces haereditatis sibi restituendae iure fideicommissi.*
11. *Haeres grauatus restituere haereditatem per fideicommissum fratribus minoribus, tenetur ad aestimationem, quam licite fratres recipiunt.*
12. *Relictum in fraudem fratribus minoribus quando dicatur.*
13. *Haeres grauatus dicto fideicommisso, licet teneatur soluere aestimationem fratribus, tamen non obligatur.*
14. *Haeres, ad quem haereditas deuenti ab intestato uigore testamenti in quo erant instituti fratres minores habentes clausulam, et omni meliori modo, tenebatur ad aestimationem, et in suo foro conscientiae.*
15. *Haereditate relicta fratribus minoribus iure legati, licet fratres relictii non sint capaces, debetur aestimatio.*
16. *Fratri minori si relinquatur particulariter, uel in eo particularis haeres instituatur, an teneat.*
17. *Institutio facta de ecclesia fratrum minorum tenet, et nu. 10.*
18. *Diminuum ecclesiarum fratrum minorum, pertinet ad ecclesiam Romanam.*
19. *Ecclesia est usus publicus, et in ea utilitas publica uersatur.*
20. *Pecunia licet offeratur in ecclesia fratrum minorum pro fabrica, secus tamen conuertenda in usum pauperum, et nu. 18.*
21. *Ecclesiae fratrum minorum debent esse humiles.*
22. *Haereditas, in qua ecclesia fratrum minorum fuit instituta, requirit aditionem.*
23. *Papa, uel procurator, uel syndicus Romanae ecclesiae, episcopus loci, uel ciuitas in qua est ecclesia, poterit adire haereditatem, in qua ecclesia fratrum minorum fuit haeres instituta.*
24. *Syndicus Romanae ecclesiae, episcopus, uel syndicus communis, si ad hoc mandatum habeat, potest petere bona haereditatis relicta ecclesiae minorum, ut in utilitatem ecclesiae conuertantur.
Quilibet iudex secularis ex officio potest unum constituere, ut haereditatem relictam ecclesiae petat.*

|107ra|562a|

25. *Quilibet de populo poterit deferre haereditatem relictam ecclesiae minorum.*
26. *Petens, ut quilibet de populo, quomodo concludat haereditatem ad ecclesiam relictam ecclesiae pertinere.*
27. *Praedicti petunt de uoluntate fratrum, alias non absque mandato sedis apostolicae.*
28. *Institutio facta de fratribus, adiecto quod haereditas uendatur, et in necessitatem fratrum conuertatur, ualet, nu. 30.*
29. *Haereditas relictā ad pias causas, uel quod uendatur, uel distribuatur inter fratres absque haeredis institutione ualet.*
30. *Haereditas relictā ad piam causam ualet, etiam si aliquis non sit haeres institutus. Institutio facta de aliquo sancto, cuius ecclesia, uel oratorium reperitur, tenet, et episcopus capit.*
31. *Laicus guardianus altaris, uel ecclesiae uel ecclesiae, uel capellae fratrum minorum, potest haeres institui.*
32. *Guardianus fratrum minorum, et etiam clericus, si insituitur haeres, testamentum ualet.*
33. *Institutio facta de guardiano fratrum minorum, transit ad successores.*
34. *Institutio facta de fratribus S. Francisci, intelligitur de fratribus minoribus, non de fratribus poenitentiae, nisi ex coniectura aliud appareat.*
35. *Fratres tertii ordinis de poenitentia S. Francisci, possunt habere in communi, et in proprio.*
36. *Communi usui stare debemus.*

- 1 Secundo quaeritur, † nunquid praedicti uenientes ab intestato, substituti, uel 150
cohaeredes, apud quos dicta haereditas remanet secundum iuris rigorem, eam
- 2 possint licite retinere in foro conscientiae. Probari potest primo, quod non. †
Omnis, qui est obligatus ad aliquid de iure naturali, illud non potest licite sibi
retinere in foro conscientiae.^c Hoc notanter notat Innocentius in c. c. Nouit,
Extra, de iudic. Sed isti, apud quos dicta haereditas remanet, sunt obligati ad eam 155
reddendam de iure naturali, ergo non possunt eam licite retinere in for conscientiae.
- 3 Minorem probo. Ex testamento imperfecto, † et minus solenni oritur obligatio
naturalis, secundum ueram opinionem nostrarum glossarum, ut C. de iu. et fac.
ign., l. cum quis; et ff. de cond. indeb., l. 1; et ff. de reg. iu., l. l. cuius per errorem.
Ergo ex ipso testamento imperfecto ratione haeredis instituti, qui non est capax, 160
[562b] oritur obligatio naturalis. Secundo probatur per leges, quae expresse | dicunt,
quod licet relictum sit inutile, tamen illud apud quem remanet, ad id tenetur
4 in foro conscientiae, ut C. de fideic., l. 2; et ff. de fideic. li., l. in testō. † Tertio

^cTho. Dip. In foro conscientiae. Uide Ang. in consil. 180; et uide Bart. in l. 2, ff. de his quae pro non scrip. haben.

154 X 2.1.13 159 Gl. ad C. 1.18(21).10, s.v. 'Cum quis' | Gl. ad D. 12.6.1, s.v. 'Nunc uiuendum'
| Gl. ad D. 50.17.53(54), s.v. 'Nemo plus' 163 C. 7.4.2 | D. 40.5.38

probatur sic. Illud, quod quis retinet contra uoluntatem eius defuncti cui succedit,
 165 non potest licite retinere in foro conscientiae, istud est uerum, et probatur, ff. de
 reg. iu., l. quod nostrum; et *Extra*, de praesc. c. quoniam. Sed ille, apud quem
 remanet de iuris rigore, eam tenet contra uoluntatem defuncti, qui uoluit, quod
 fratres minores eam haberent. Quarto, quando aliquid relinquitur ad aliquem
 170 pium actum secundum testatoris uoluntatem, qui tamen actus de se non est licitus,
 ille apud quem remanet, non potest licite retinere, sed debet illud conuertere,
 habita legitima solnitate, in alium actum licitum. ff. de usufru. leg., l. legatum;
 et de admin. rerum ad ciu. pert., l. legatum. Ita ergo in proposito, licet fratres
 minores non possint capere, ut haeredes, tamen uidetur debere uendi haereditas,
 et dari eis pretium conuertendum in usus licitos, et sic ille, apud quem remanet,
 175 non potest licite retinere. Quinto probatur, nam quando aliquis est capax relictus
 absque sui delicto, debetur aestimatio, quatenus eam capere potest. Exemplum. [107rb]
 Cuidam claudo relinquitur militia cursorum. Certe debetur aestimatio, ut **l. apud
 Iulianum, §. fin., cum, l. seq. de leg. 1.**, l. fideicommissa, §. si seruo de leg. 3. Ita
 ergo in proposito, cum fratres minores sint incapaces absque ipsorum delicto.
 180 Econtra, qui non tenetur ad reddendum illud, quod tenet aliquo iure ciuili, uel
 naturali, uel alio, potest licite retinere in foro conscientiae, hoc est notum, sed
 ille apud quem talis haereditas de iuris rigore remanet, est huiusmodi. Ergo, etc.
 Probo. † Dispositio defuncti, quae continet aliquid prohibitum a iure, dicitur
 5 continere impossibile de iure, ut dicta **l. apud Iulianum, §. fi. (ff.) de leg. 1.**, et
 de condi. instit. l. filius et l. conditiones. Sed *impossibile nulla est obligatio*, ut ff.
 185 de reg. iu. l. impossibile. Et notatur quod nulla lege obligatur, et sic nec ciuili,
 nec naturali, nec aliqua lege est expressum. ff. de act. et obli. l. 1. §. si id quod dare.
 Et notatur per Dynum *Extra*, de reg. iu. c. nemo potest li. 6. Cum igitur institutio
 facta de fratribus minoribus sit a iure prohibita, ut in c. Exiui de paradiso, *Extra*,
 190 de uerborum significatione in Clementinis. Ergo, et cetera. Hoc probatur ex textu,
 ubi dicitur, fratres minores haereditatis, uel successionis nullatenus sunt capaces.
 Et notatur quod dicit, nullatenus, et sic nullo modo sunt capaces, nec respectu
 ciuilis, nec naturalis obligationis, quia haec oratio uniuersalis, scilicet, praedicatur
 de † pluribus, ergo de necessitate intelligitur, id est nec de iure ciuili, nec naturali, 6
 195 et sic ille, quod retinet, nullo iure tenetur. Tertio probatur, quia Princeps ex causa
 potest auferre dominium rei meae, l. item si uerberatum, de rei uendi. et de euict.
 l. Lucius, et de offi. praet. l. Barbarius. Ergo eadem ratione potest impedire, ne

166 D. 50.17.11 (Id quod nostrum) | X 2.26.20 171 D. 33.2.16 172 D. 50.8.6 (Legatam) 178 D. -
 32.1.11.16 185 D. 28.7.15 | D. 28.7.9 or 28.7.14 186 D. 50.17.185 187 D. 44.7.1.9 188 Dinus
 de Mugello, *Lectura* ad VI 5.13.6 (6ra-va) 189 Clem. 5.11.1 196 D. 6.1.15 197 D. 21.2.11
 | D. 1.14.3

7 quaeratur. Cum ergo dicta constitutio impediatur quaeri fratribus, ergo ille qui
 retinet, licite retinet in foro conscientiae, et ille, apud quem † dicta haereditas
 de iuris rigore remanet, debet de uoluntate defuncti sollicitate inuestigare, et tunc 200
 aut ex illa inuestigatione remanet certus, quod testator uoluit illud testamentum
 suum ualere iure directo, scilicet testamentum tantum aut remanet certus, quod
 testator uoluit etiam iure codicillorum, et omni modo quo potest. Aut is, apud
 quem remanet, ex praedictis non potest esse certus, nec applicat animum suum ad
 aliquod praedictorum, sed remanet in eo quod ius praesumit. Primo casu, quando 205
 constat, quod testator uoluit, quod ualere iure directo tantum, scilicet testamenti,
 et tunc is, apud quem dicta haereditas remanet, potest eam licite retinere in foro
 conscientiae. Nam testatorem uelle, quod tantum ualeat iure testamenti, hoc
 importat, ut haeres institutus haereditatem capiat suo iure a seipso, ut ff. de haer.
 instit. l. sed et si in conditione. §. fi.. Et si ipse institutus a se capere non potest, 210
 quod alii, apud quos haereditas remanet, ut uenientes ab intestato, ut cohaeredes
 ei restituere non teneatur, ut ff. de codic. l. 1, et C. de fideicom. l. eam quam. Cum
 ergo ex uirtute dicatorum uerborum testator uoluerit illos, apud quos haereditas
 remanet, non teneri, apparet quod licite possunt retinere in foro conscientiae.
 8 Et per hoc apparet responsum ad primam rationem in contrarium factam. † 215
 Nam uoluntas imperfecta inducit naturalem obligationem, uerum est in uoluntate
 imperfecta ex defectu solennitatis, quia tunc inducitur obligatio naturalis in eo
 quo testator uoluit uenientes ab intestato, non autem in | eo quod testator noluerit.
 |563a| Sed hic uoluit, uenientes ab intestato teneri, ergo licite retinet. Et eodem modo
 respondeo ad leges in contrarium adductas. Secundo casu, quando constat, quod 220
 testator uoluit, quod ualere omni modo melius potest, dicam infra, proxima
 quaestio. Tertio casu, quando ille apud quem haereditas remanet, non potest esse
 certus, nec applicat animum suum ad aliquod praedictorum, sed est contentus
 eo quod ius praesumit testatorem uoluisse ualere iure testamenti tantum et idem
 quod in primo casu. ff. de iure codic. l. 1, et l. illud, §. tractari. C. de testam. l. 225
 non codicillum, et de ⟨iure⟩ codicil. l. fi. Uix tamen puto reperiri aliquem, qui
 noluerit omni modo, quo melius potest, et ideo in foro conscientiae tutius est non
 retinere. Ita dixerunt multi magistri Theologiae, et praedicta uera in uenientibus
 ab intestato, in omnibus substitutis autem non est dubium, quod uoluntas defuncti
 tenet: nam uoluit defunctus, quod haerede instituto non adeunte, uel quia non 230
 uult, uel quia non potest, substitutus admittatur, l. cum proponas. C. de haere.
 insti., l. si paterfamilias, ff. eo. si quis omis. cau. testam. l. 1. §. si proponatur. Ad

210 D. 28.5.6.2 (= l. Sed si conditioni) 212 D. 29.7.1 | C. 6.42.14 (= ea quam K) 221–222 Infra,
 ll. ??? 225 Supra, ll. 205 ff. | D. 29.7.1 | D. 29.7.13.1 225–226 C. 6.23.14 226 D. 29.7.20
 231 C. 6.24.3 232 D. 28.5.41(40) | D. 29.4.1.5

rationes in contrarium: ad primam et secundum iam responsum est. Ad tertiam dico, quod talis apud quem remanet, non retinet contra uoluntatem defuncti, imo
 235 secundum eius uoluntatem. Praesumit enim lex, quod testator uelit, quod si non
 ualet testamentum, ueniat haereditas ad uenientes ab intestato, l. conficiuntur,
 in prin. de iure codicil., uel ad coniunctos, l. unica, §. pro secundo, C. de cadu.
 toll. Ad quartam, et quintam respondeo quod illa iura loquuntur in legatis et
 fideicommissis, in quibus testator grauat aliquem apud quem remanet haereditas.
 240 Unde merito ille potest cogi adire, et eius aditione confirmatur testamentum, hoc
 autem loquitur in haereditate, quae fratribus iure directo relinquatur, et sic seipsis.
 Unde si soli sunt instituti, non est cuius aditione confirmatur testamentum, et
 merito non est | locus dictae institutioni. Si uero habent substitutum, uel alium
 cohaeredem, idem, quia illi non sunt grauati, ut dictum est. Ex praedictis satis † 9
 245 clare apparet, quod ille, apud quem dicta haereditas remanet, non tenetur illud,
 quod est relictum iure haereditario directo commutare in speciem alterius relictum,
 ut sic nec fratres minores capere possint in foro conscientiae, nec in foro ciuili,
 ut dictum est. Sed contra praedicta, quae dicta sunt de cohaeredibus, quibus
 portio relicta fratribus accrescit: uidetur quod non, † per glossam C. de iu. et 10
 250 fa. igno. l. si post diuisionem, ubi dicitur, quod inter cohaeredes est obligatio
 naturalis et ex testamento imperfecto. Ergo saltem in foro conscientiae cohaeres
 tenetur. Ad quod dico, quod illa glossa non est uera, et reprobatur per Doctorem
 ibidem, quod patet, quia ex testamento et ualido neuter cohaeredum alteri tenetur,
 cum unusquisque a seipso capiat, ut l. sed si in conditione, §. fi., (ff.) de haere.
 255 instit. Eadem ratione, quando testamentum est inualidum, non tenetur aliqua
 obligatione, et hoc ex testamento; ex quasi contractu communionis. In casu nostro
 nulla potest fieri obligatio, cum nulla sit communio, et cetera.

SECUNDA DISTINCTIO

CAPITULUM I

De haereditatibus, fratribus minoribus iure fidei commissi^d relictis possunt plura
 quaeri, hoc autem saepe contingit, quando testator iubet, quod si haeres institutus
 260 decesserit, haereditas deueniat ad fratres minores iure fideicommissi, iuristae alias

^dTho. Dip. Iure fideicommissi. Uide Bar. in l. 1, et ibi aposti. ubi etiam Docto. ff. de leg. 1, et Bar. in consil. 5 incip. uisa quadam, uol. 1 in consil. seq. incip. uiso testamento.

236–237 D. 29.7.8 pr. 237 C. 6.51(50).1.4 250 Gl. ad C. 1.18(21).4, s.v. ‘obtineas’ 254 D. 28.5.6.2 (= l. Sed si conditioni)

- 11 iuste dicunt deferri, licet quandoque habeant iure directo. † Quaero primo, an huiusmodi fratres minores sint capaces? Respondeo, non, nam dicta decretalis dicit, quod fratres successionum quae ex natura sui indifferenter ad pecuniam, et etiam ad alia mobilia, immobilia se extendunt considerata paritate iuris, nullatenus sunt capaces, sed quando alicui haereditas iure fideicommissi restitueretur, successio est. ff. ad Trebel. l. restituta, §. fin, cum sequ. Secundo probatur, quia natura huius successionis est, ut suam naturam porrigat ad omnia iura, et omnia mobilia, et stabilia, ut ff. ad Treb. l. 1, in prin. et l. facta in princ. Ergo huiusmodi fratres non sunt capaces. Quod haeres, a quo fideicommissum uniuersale relinquitur, tenetur ad executionem.

CAPITULUM II

- 12 Sed quaero,^e si licite fratribus fideicommissum restitui non possit, ut est dictum, † an haeres teneatur ad aestimationem? Uidetur, quod non per textum dictae decretalis, Exiit qui seminat, quae sic dicit, *Non licet eis ualorem haereditatum talium uel tantam earum partem, quod praesumi non possit haec in fraudem fieri, quasi modo legata dimitti sibi facere, aut sibi dimmissa recipere, quin potius, ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus*, et cetera. Ex quo patet, quod nec ad aestimationem haereditatis tenetur. Econtra, quod teneatur de iure per leges, quae dicunt quando quis non potest capere rem sibi relictam propter qualitatem personae suae, absque suo delicto, tunc haeres tenetur ad aestimationem, ut **l. apud Iulianum, §. fi. cum l. sequ. de leg. 1**, et ibi notatur et de leg. 3, l. fideicommissa, §. si seruo, et de uerbo. oblig. l. multum, et ibi notatur. Sed ita est in proposito, quod haeres tenetur ad aestimationem, ut in constitutione Nicolai Papae, quae incipit, Exiit, §. ad haec ubi dicitur, quod quando fratribus aliquid simpliciter relinquitur, intelligitur in causam licitam, hoc est ut uendatur, et pretium in utilitatem fratrum conuertatur. Secundo ad determinationem praedictae dubitationis uidere debemus intelligentiam uerborum dictae constitutionis, Exiit, superius relatae. Nam procurare, quod eis fratribus minoribus relinquatur, est penitus interdictum omnino, sed ita demum hoc praesumi potest, ut illa uerba dicunt. In fraudem fieri † intelligo, quando per hoc aliquid fieret contra paupertatis uotum, uel in aliquo contrauenitur, ut

^eTho. Dip. Sed quaero: uide Io. Cal. consi. 1, in tit. de testamentis.

266 D. 36.1.38(37).2 | D. 36.1.39(38) 268 D. 36.1.1 pr. | D. 36.1.65(63) pr. 273–276 Clem. - 5.11.1(!) (col. 1197) 280 D. 32.1.11.16 281 D. 45.1.34 282 VI 5.12.3 (col. 1117) 286 Supra, ll. 273 ff.

274 non] om. F | haec] hoc F 275 modo legata] sub modo et forma legati F | aut] vel F | sibi] sic F | quin] quia F

290 puta, si ualor, seu aestimatio praedicta tantam quantitatem ascenderet, quando
 magis saperet thesaurizatum quam pro necessitatibus imminentibus receptum.
 Et ideo in quaestione praedicta dico, quod si aestimatio praedicta magnam, et
 mirabilem quantitatem excederet, quod fratribus non licet recipere. Ita loquuntur
 illa uerba. Sed si esset quantitas parua, et moderata, uel de magna quantitate
 295 moderata accipere licite fratres possunt, et haeres ad haec tenetur. Ita loquuntur
 alia iura, pro hac parte allegata. Haec indicant uerba constitutionis praedictae, ibi,
 tantam earum partem, et cetera. Haec etiam manifestantur in eadem Clementina,
 Exiui de paradiso, §. dubitauerunt. In eo, quod tractat de distributione bonorum
 nouitiorum ingredientium monasterium, et hoc etiam declaratur in constitutione
 300 Nicolai, quae incipit, Exiit qui seminat, §. insuper nec utensilia. Ubicunque † 14
 autem dixi, quod haeres tenetur, non intelligas, quod fratribus obligatio quaeratur.
 Hoc enim uoto eorum repugnat, sed in quem fundatur dicta obligatio, dicemus in
 secundo libro. Ubi de relictis, et legatis singularibus tractabitur, ubi etiam dicemus,
 quae ista quantitas moderata, et quid fiet de superfluo, et an ipsi fratres possint
 305 praedicta uendere, et cetera. Bar. | |107vb|

CAPITULUM III

Ex praedictis satis liquet, † quod quando fratres praedicti haeres instituunt, et in 15
 testamento dicitur, quod si non ualeat iure testamenti, ualeat iure codicillorum, et
 omni modo quo melius ualere potest, quod tunc haeres tenetur ad aestimationem
 secundum praedictum modum, quia praedicta uerba hoc important de iure, et
 310 institutione irritata uideantur rogati per fideicommissum hi, ad quos haereditas
 remanet, restituere illi instituto, ut C. de fideicommis. l. ex testamento, et ibi
 notatur, et l. eam quam, eodem titulo; et iste est casus secundum unam lecturam
 ff. de testamento, l. ex hac scriptura, et ⟨C.⟩ l. ex his uerbis et ibi glossa et ⟨ff.⟩
 de iniusto testamento, l. posthumus §. fi. et de testamento mil. l. quaerebatur, §.
 315 utrum; licet glossa C. de libe. praet. auth. ex causa uideatur dicere, quod illa uerba
 hoc casu non ope|rentur, sed illa glossa reprobatur. Ex hoc apparet determinatio 1564a|
 illius tertii membri, quod dimissi supra in distinctione 1. c. 2. Quando ille apud
 quem haereditas remanet, credit defunctum uoluisse testamentum ualere omni
 modo, quo melius potest, et tunc tenetur in foro conscientiae.

298 Clem. 5.11.1 (col. 1195) 300 VI 5.12.3 (col. 1114) 303 Infra, ll. 547 ff. 311 C. 6.42.29
 312 C. 6.42.14 (= ea quam K) 313 D. 39.5.16 | C. 6.21.7 | Gl. ad C. 6.21.7, s.v. 'non potes'
 314 D. 28.3.12.1 314-315 D. 29.1.19.1 315 Gl. ad Auth. Ex causis p. C. 6.28.4.8, s.v. '6.28.4.8'
 317 Supra, ll. 140 ff.

TERTIA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 16 De haereditate quae fratribus † iure legati relinquitur, dico idem per omnia quod ad praedicta, quae supra dixi in haereditate iure fideicommissi eisdem fratribus relicta, uidelicet, ut eius haereditatis fratres non sint capaces eadem ratione, qua supra dictum est, quia transirent iura et actiones, et alia bona, ut l. cum filius, §. Lucio. de leg. 2 et l. mulier, §. fi. ⟨ff.⟩ ad Trebell. Et eodem modo dico, quod debetur aestimatio, quia haeres grauatus est a defuncto, sicut quando iure fideicommissi relinquatur dicta l. mulier, §. fin, ⟨ff.⟩ ad Trebel. 320 325

CAPITULUM II

- 17 Si alicui fratri uel fratribus † relinquatur particulariter,^f et in eo instituat, an uitietur? Quod uidetur, quia haereditatis non sunt capaces. Contra uidetur, quod sit idem quod in legatis, l. quoties, C. de haered. inst. Solutio. Dicendum est, quod haeredis institutio ex certa re, uel quantitate habet effectum in forma uniuersali quo ad quaedam, ut puta aliis haeredibus uniuersalibus non existentibus, totum sibi accrescat, ut l. 1. §. si ex fundo, ff. de haeredibus instituendis. Et quantum ad hunc effectum non ualet, quo ad quaedam uero habet uim legati, ut d. l. quoties, et quo ad alia de tali institutione ex re certa, quid iuris, in sequente libro dicam. 330

QUARTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 18 Si aliquis in suo testamento instituat haeredem ecclesiam fratrum minorum, alias locum. Primo quaeritur, an institutio ualeat? † Et uidetur, quod non, nam seruus, qui a domino regitur, non est capax eorum, quorum dominus non est capax, ut ff. de haeredibus instit. l. non minus, et de leg. 1, l. si mihi, et tibi, §. 2 ⟨ff.⟩ de acqu. haere. l. si seruus eius, et de lega. 2, l. si Titio et Maeuio, C. de haeredibus 335

^fTh. D. Particulariter. Uide quod consuluit Abb. in consi. 63 in 2 uol. et Barb. in l. legatum et ibi apost. ff. de capi. diminu.

323-324 D. 31.1.76(78).1 324 D. 36.1.23(22).5 326 D. 36.1.23(22).5 329 C. 6.24.13 332 D. - 28.5.1.4 333 C. 6.24.13 334 Infra, ll. 547 ff. 338 D. 28.5.31 | D. 30.1.12.2 339 D. 29.2.82(81) | D. 31.1.61(63)

340 insti. l. neque per se. Eadem ratione ecclesia quae regitur per fratres, non debet
 esse capax eorum, quorum fratres non sunt capaces, puta, si aliquis haeredem
 instituat hoc modo, Stichum seruum Titii haeredem instituo. Contemplatione
 enim Titii uidetur eum instituere, licet ipse institutus alias Stichus non sit liber
 homo. C. de iu. delib. l. cum aliquis. Ita in proposito, cum dico, ecclesia fratrum
 345 minorum, contemplatione fratrum uidetur facta institutio, sed ipsi fratres non
 sunt capaces, ergo, et cetera. Praeterea, sicut idem est instituere ciuitatem et ciues,
 ut ff. de condi. et demon. l. municipibus, et ⟨ff.⟩ de reb. dub. l. ciuibus. Ita uidetur
 idem instituere fratres et ecclesiam fratrum minorum. Praeterea, aut consideras
 ecclesiam pro collegio, ut notatur ⟨ff.⟩ quod cuiusque uni. no. l. item. Et constat,
 350 quod non ualet, nam haereditatis non est capax. Aut consideras ecclesiam pro
 muris ipsius ecclesiae, et idem, quod non ualet, nam haereditatis aditio requirit
 animum, et cetera. Praeterea decretalis, Exiui uidetur uelle, quod eiusdem condi-
 tionis sint ecclesiae fratrum, cuius sunt fratres, sed fratres non possunt accipere
 pecuniam, ita nec ecclesiis eorum debet offeri, ut in dicta *Clementina*, Exiui, de
 355 uerb. sign. §. denique. Item sicut ipsi, ita eorum ecclesiae debent esse humiles, et
 non excessiuae, ut in dicta *Clementina*, Exiui de paradiso, §. hinc est etiam. Ergo
 sicut fratres sunt incapaces, ita eorum ecclesiae. Econtra, quod ualet institutio,
 nam declaratum est in illo c. Exiit qui seminat † quod dominium ecclesiarum, et
 fratrum minorum pertinet ad ecclesiam Roma|nam. Idem postea dicit Ioannes | 19
 360 Papa 22 in illa extrauaganti, quae incipit, Ad conditorem, in ecclesiis et aliis quae
 usu non consumuntur. Si ergo sunt ecclesiae Romanae, igitur ecclesiae Roma-
 nae acquiritur, et sic ualet. Praeterea ecclesia est usus publicus, et in ea uersatur
 communi utilitas, l. 1 §. ius publicum, ff. de iust. et iu. Ergo posito, quod ecclesiae
 Romanae,^g non quaeretur, saltem quaeretur Reipub. illius ciuitatis, cum in eum
 365 honorem uideatur facta talis institutio. Casus est in l. ciuitatibus, de leg. 1, et l.
 si quis, et l. Lucius, ff. de au. et arg. leg. Solutio. † Dicendum est, quod licet in 20
 religiosis, et aliis collegiis hoc sit, quod ipsi non habent ius in ecclesia, et ideo quod
 conceditur ecclesiae, uidetur concedi collegiis. De fratribus hoc dici non potest,
 quia nullum ius habet ecclesia, sed solum simplicem usum facti,^h et ecclesia, et

^gEcclesiae Romanae. Adde contra Bar. consuluerunt multi Doct. Uide And. Barb. in c. non quidem,
 de test. ubi plenissime disputant intellectum, et ueritatem doc. Bar. hic.

^hSimplicem usum facti. Uide Abb. in consi. 64 in 2 uol. inc. quidam dicta.

340 C. 6.24.10 344 C. 6.30.21 347 D. 35.1.97(96) | D. 34.5.2 349 D. 3.4.6 352 Clem. -
 5.11.1 355 Clem. 5.11.1 (col. 1196) 356 Clem. 5.11.1 (col. 1198) 358–359 VI 5.12.3 (col. 1114)
 360–361 cf. ACC² 16–24 (230) 363 cf. D. 1.1.1.2 365 D. 30.1.122(125) 365–366 D. 34.2.11 uel
 34.2.30 366 D. 34.2.6(7)

340 neque] corr. ex itaque

loco uidentur uti precario, et recessuri inde, cum dominus mutauerit uoluntatem, 370
 ut dicto capitulo, Exiit qui seminat. Unde quod dicitur de fratribus, non potest
 referri ad ecclesiam, ut *Extra*, de priuil. c. per exemptionem, lib. 6. Licet ergo
 statutum sit, quod fratres non sint capaces, tamen hoc de ecclesia non potest
 intelligi. Ergo remanet in iure communi, secundum quod ecclesia potest institui,
 ut C. de sacrosan. eccle. l. 1, et l. generaliter. Non obstat i. ratio, quia seruus regitur 375
 a domino iure proprietatis, ideo ipsius domini capacitas, et incapacitas inspicitur,
 sed fratres in ecclesiam nullum ius habent. Non obstat secunda ratio,ⁱ quia cum,
 dico ecclesia fratrum minorum, appono ut certa ecclesia demonstraretur, non ut
 fratrum contemplatione relinquatur: sed secus, cum dico, instituo Titium filium
 Sempronii, cum iam Sempronius esset mortuus, ut C. de usufr. l. fi. in fi. et ff. de 380
 haere. insti. l. his uerbis, §. fin. cum fratres quo ad ipsa temporalia habeantur
 pro mortuis. Non obstat tertia ratio, aliter enim habent se ciues ad ciuitatem,
 quia habent ius in ea, et iurisdictionem, sed fratres nullum ius habent in ecclesia,
 unde illa aequiparatio procederet in aliis religiosis. Non obstat quarta quia bene
 erit persona, quae poterit adire, ut dicitur in sequente questione. Non obstat 385
 21 quinta, † ideo, quia, fateor, quod ibi non debet ferri pecunia conuertenda in usum
 pauperum, quia illud esset contrectatio pecuniae non permissa, nec per regulam,
 nec per declaratores, ut ibi dicitur, sed ibi ponitur pecunia in fabricam ecclesiae
 conuertenda, ita quod fratres ibi nihil haberent facere, tunc hoc non reperitur
 22 prohibitum. † Nec obstat quod dicitur, quod ecclesiae eorum debent esse humiles, 390
 et non excessiuae: quia fateor hoc, tamen ad fabricam, et substitutionem locorum,
 et ecclesiarum humilium potest quis institutionem facere, sicut ad aliam piam
 causam, ut infra proxima distinctione. Satis enim mihi est dicere, quod illa ecclesia
 est capax, et sic ualet institutio. Quid autem fiet, si ecclesia non indiget refectione,
 uel fabrica, dicam in sequente libro dum de legibus tractabimus. 395

CAPITULUM II

23 Sed quid si quis petitⁱ seu adit haereditatem, in qua ecclesia fratrum minorum est
 instituta? † Respondeo dicta quorundam uidemus inducere, quod haereditatis

ⁱNon obstat secunda ratio. Uide Bar. in l. legatum in fi. de usufi. le. et ibi Alex. in apost. et Raph. Cum. in consi. 156. inci. uiso testamento. circa medium.

^jThis note is not given in this edition.

371 VI 5.12.3 (1114) 372 VI 5.7.9 375 C. 1.2.1 | C. 1.3(6).51 pr. 380 C. 3.33.17.2 381 D. -
 28.5.49(48).3 385 Infra, ll. ref to next tract, or internal? 393 Infra, ll. 452 ff. 395 Infra, ll.
 547 ff.

375 i] l ed.

400 aditio non sit necessaria, quod patet, quia dicunt in haereditate delata fisco non
 esse necessariam aditionem, ut probatur ff. de iure fis. l. 1. §. an bona. Eadem ra-
 405 tione hic, | instituitur enim ecclesia fratrum minorum, et per consequens ecclesia
 Romana, cuius est dicta ecclesia, sed constat ecclesiam Romanam in praedictis
 obtinere fis. locum, ergo, et cetera. Contrarium tenet glossa in uerbo an bona, in
 dicta §. an bona, quod requiritur aditio per legem primam. ff. de offi. proc. Caesa.
 et est casus infra ⟨ff.⟩ de fideicom. lib. l. 4. §. eadem constitutio. Et §. seq. et idem
 410 ubicunque in pias causas relinquatur haereditas, ut C. de epi. et cle. l. si quis ad
 declinandam. §. et si quidem. Ibi, *haereditatem suscipiant*, et cetera quod denotat
 aditionem haereditatis. Cum ergo necessaria sit aditio, uidendum est primo, † 24
 per quem fiat aditio. Et dico, quod summus Pontifex est principalis dominus et
 rector ecclesiarum, ut dictum est, ideo procurator, seu syndicus Romanae ecclesiae
 415 poterit indubitanter adire, et petere, et uendere secundum formam mandati, quos
 procuratores possunt nominare fratres ex uigore literarum Papae Martini, quas
 literas in praedictis, quae fratribus relinquuntur, non puto corruptas, ut plene
 dicam in sequente libro distinctione 8 et sic nomine ecclesiae adibunt, petent,
 distrahent. Sed dictus syndicus non posset haberi, quia fratres eum nominare
 420 nollent, uel esset eis interdictum, tunc posset adiri episcopus. Nam dicta fabrica,
 scilicet ecclesiae constructio, ideo instituta est, ubi alius non reperitur, et tunc
 episcopus potest hoc facere, ut C. de epi. et cle. l. nulli licere et l. si quis ad decli-
 nandam et in Auth. de eccl. ti. §. si quis in nomine. Adire enim Papam propter
 hoc est adeo difficile, quod reputatur impossibile **l. apud Iulianum §. fi. ⟨ff.⟩ de**
 425 **leg. 1** et ibi notatur. Et licet ecclesia fratrum sit exempta, tamen episcopus potuit
 praedicta facere, sicut si esset relictum ad aliquam piam causam, et nihilominus
 pertineret hoc ad curiam episcopi, unde testator originem trahit, ut dicta l. nulli §.
 1. Sed ⟨si⟩ episcopus non faceret, uel negligeret haereditatem adire, posset ciuitas
 in qua est | ecclesia, cum ibi etiam ecclesia pertineat ad honorem, et utilitatem
 430 ciuium l. 1. §. ius publicum, et ibi notatur ff. de iust. et iure. Et sic ad honorem,
 et utilitatem ciuitatis uidetur facta institutio, et sic ciuitas poterit adire, et petere
 l. ciuitatibus et l. si quid relictum de lega. 1 ⟨et⟩ l. Lucius de au. et ar. leg. Uel
 potest dici ex praedictis, quod sunt plures haeredes insolidum, quod est contra
 l. in condemnatione §. unicuique, de reg. iur., quia unus solus est haeres, scilicet

399 D. 49.14.1.1 402 Gl. ad D. 49.14.1.1, s.v. 'an bona' 403 D. 1.19.1 404 D. 40.5.4.17 | D. 40.-
 5.4.18 405-406 C. 1.3(6).48(38).2 411 *Exultantes in Domino* (BF 3:501b) 413 Infra, ll. 1022 ff.
 417 C. 1.3(6).28 417-418 C. 1.3(6).48(38) 418 N. 131.9 pr. (= Coll. 9.6) 422-423 C. 1.3(6).28.1
 425 cf. D. 1.1.1.2 427 D. 30.1.122(125) | D. 30.1.117(120) | D. 34.2.6(7) 429 D. 50.17.173.2

403 ff] *C ed.* 404 infra] *s ed.*

illa pia causa, et cuius haereditatis iura exercet ecclesia Romana, ratione pleni iuris quod habet in ecclesia instituta, et episcopus ratione generali, quam habet institutione facta ad pias causas, et ciuitas, quia pertinet ad honorem ciuitatis. 430

CAPITULUM III

- 25 Per quem bona † dictae haereditatis petantur, et in utilitatem ecclesiae conuertantur. Responsio. Quando it per syndicum Romanae ecclesiae est clarum, et quando per episcopum similiter est clarum dicta l. nulli et l. si quis ad declinandam. Item quando fit per syndicum communis. Idem,^k si ad hoc mandatum habet. Puto etiam quod quilibet iudex secularis ex officio suo poterit constituere unum, per quem praedicta fiant, ar. l. 3 de ali. et cib. leg. et de admini. tut. l. quoties, §. fin., (et) 435
- 26 in d. c. Exiit qui seminat, §. ad haec cum fratres. † Item quilibet de populo poterit hoc deferre, sicut bona quae deferuntur in fiscum, l. 2 in prin., ff. de iure fis. et in l. nulli. §. fi., C. de epi. et cler. in Auth. de eccl. ti. §. si quis autem pro redemptione in fi. Ibi, et omni alii sit licentia mouendi huiusmodi quaestionem, et cetera. Respon. quia omnium interest l. in prouinciali §. fi. et l. seq., de ope. no. nunt. Et 440
- 27 *Extra*, de re. ec. non ali. c. si quis presbyterorum. † Quando autem aliquis petit, ut quilibet de populo, concludit sic, et peto pronunciari haereditatem praedictam pertinere ad dictam ecclesiam, et piam causam, et illum possessorem condemnari ad restituendum legitimae personae ad hoc deputate, et cetera. Licet enim ipse agat non debet concludere, quod sibi restituatur l. hoc iure, ff. de so. et l. sed si tantum, de pac. Sicut dicimus in coniuncta persona, ut notatur l. uero procuratori, ff. de so. Nullus tamen praedictorum absque mandato sedis apostolicae poterit ad hoc se intromittere absque fratrum uoluntate, ut dicam in sequente libro. | 445 450
- |565b|

QUINTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 28 Quid si fratres minores, † uel aliquis ipsorum haeres instituat, adiecta causa,

^kTh. D. Per syndicum communis. Uide Bar. in consi. incip. uisa quadam petitione. in fi. Et in consil. incip. uiso testamento. Et uide Abb. in consi. 33 in 1 uol. casus contingentia.

435 C. 1.3(6).28 | C. 1.3(6).48(38) 438 D. 34.1.3 | D. 26.7.9(10).9 439 VI 5.12.3 (col. 1114)
440 D. 49.14.2 pr. 440-441 C. 1.3(6).28.5 441-442 N. 131.11.4 (= Coll. 9.6) 443 D. 39.1.3.4
| D. 39.1.4 444 X 3.13.6 448 D. 43.6.86 448-449 D. 2.14.13(14) 449 D. 43.6.12 451 Infra,
ll. 547 ff.

430 ratione] rarione *ed.* 439 cum] dum *ed.* 443 nunt.] nunc. *ed.*

quod dicta haereditas uendatur, et in necessitatem dictorum fratrum conuertatur, an talis institutio ualebit? Uidetur quod non. Nam quando instituitur ille, qui est
 455 omnimodo non capax, et rogatur de restituendo ei, qui capere non potest, testa-
 mentum est nullum, ut C. de fideicom. l. eam quam, et ibi notatur per glossam et
 Doc. et ibi patet, quia illud testamentum non potest ualere, ex quo non potest adiri
 haereditas, l. nemo de testa. tut., et de his quae in testa. delen. l. proxime, et de re.
 iur. l. nemo, et cetera. Contrarium puto uerum. Ad cuius inuestigationem oportet,
 460 quod prius alterius quaestionis ueritatem inuestigemus. Pone, quod aliquis † 29
 nullum fecit haeredem in suo testamento, sed suam haereditatem reliquit ad pias
 causas, uel reliquit eam uendendam, uel distribuendam inter fratres, an ualeat? Et
 uidetur quod non, quia non subest persona in qua ius, et nomen haeredis cadat,
 sicut quando instituitur haeres ille, qui iam est mortuus, non ualet, sed pro non
 465 scripto est, l. 1, in prin. C. de cad. tol. Contrarium puto uerum, nam in istis piis
 causis sufficit, quod haereditas ad piam causam relinquatur, ut in redemptione
 captiuorum, et in constructione ecclesiae, uel alimentis pauperum, et similibus,
 ut C. de epis. et cle. l. si quis ad declinandam, et in Auth. de eccl. ti. §. si quis
 autem pro redemptione. Praeterea constat, quod fratres minores sunt pauperes, et
 470 in summa paupertate: sed quando pauperibus, et in eorum alimentis, et neces-
 sitatibus relinquatur, uidetur relictum toti ciuitati, cuius interest, ut pauperibus
 alimenta non desint, ut C. de sacrosan. eccl. l. priuilegia, et est expressum. ff. de
 le. 1, l. ciuitatibus. Non obstat quod dicitur, quod non subsit persona, quia hoc
 nego, quia personam sustinebit episcopus, uel respublica, ut dixi supra in proxima
 475 distinctione. Et omnia quae ibi dixi, hic possunt repeti. Nunc † ad solutionem 30
 quaestionis primo propositae redeo, et dico, quod talis institutio ualet, licet per-
 sona fratrum minorum, quia non sunt capaces, subducantur, et pro non scripto
 habeatur, tamen remanet causa, propter quam institutio ualet, et consolidatur, ut
 supra dixi. Pro hoc facit † in Auth. de ec. ti. §. si quis autem unum sanctorum. 31
 480 Ubi si aliquis instituit aliquem sanctum, cuius ecclesia, uel oratorium non reperi-
 retur, tamen capiet episcopus. Instituta memoria, seu reuerentia eius, scilicet ut
 in eius laudem, et reuerentiam haereditas expendatur. Nec obstat quod dicebatur
 in contrarium, quia fideicommissum non potest per se subsistere, nisi adeatur
 haereditas, l. ille a quo §. si de testamento, ff. ad Treb. Sed in talem causam potest
 485 sustineri institutio haeredis, licet persona non sit, et sic ex tali causa institutionis

456 C. 6.42.14 (= ea quam K) | Gl. ad C. 6.42.14, s.v. 'traditur' 456-457 E.g., Cinus de Pistoia ad
 C. 6.42.14, n. 8 (2:407ra), qui citat Ricardum de Malumbris 458 D. 26.2.9 (= Si nemo hereditatem)
 uel D. 26.2.19 (= Si nemo tutorum) | D. 28.4.3 459 D. 50.17.120(163) 465 C. 6.51(50).1 pr.
 468 C. 1.3(6).48(38) 468-469 N. 131.11 (= Coll. 9.6) 472 C. 1.2(5).12 473 D. 30.1.122(125)
 474-475 Supra, ll. ??? 479 Supra, ll. ??? | N. 131.9.1 (= Coll. 9.6) 484 D. 36.1.13.2

poterit adiri haereditas. Sed contra praedicta facit quod dictum est supra in 1
 distinctione, ubi disti. quod si fratres instituantur, non ualet institutio, et tamen
 constat, quod illa institutio non fuit facta ad alium finem, nisi quod haereditas in
 necessitatem fratrum expendatur. Responsio quod testator ad hunc finem reliquie- 490
 rit, est quaedam paesumptio uerbis non expressa, nec de necessitate intellecta, ideo
 institutio haereditis illa causa subintellecta non sufficit, quia debet testator, id quod
 institutio continet propria uoce exprimere, ut C. de testa. l. iubemus, et ff. de testa.
 l. haeredes palam, in princ Sed in casu nostro causam expressit, ergo, et cetera.
 Sed contra praedictam solutionem facit dicto §. si quis autem, ubi causam non
 expressit, et tamen sufficit solutio, ut de necessitate intelligatur relicta haereditas 495
 ob memoriam, uel reuerentiam sancti. | Stultus enim fuisset testator qui cogitasset
 sanctum, qui est in uita aeterna, acceptare haereditatem, sed quando instituuntur
 fratres minores potuit testator aliter sentire, ut notatur in illa constitutione, Exiit
 qui seminat, §. ad haec, de uerb. sig., libro 6.

|566a|

SEXTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

32 Quaero, in quibusdam † ecclesiis fratrum minorum consueuerunt praeponi ho- 500
 mines seculares ad custodiam altaris, seu alterius beneficii, uel ecclesiae: modo
 pone, quod aliquis instituit haereditem guardianum altaris, seu ecclesiae fratrum
 minorum, an ualeat talis institutio? Responsio cum talis instituitur, ipsum altare,
 seu ipsa ecclesia institui uidetur, ut expresse dicitur in textu et glossa in uerbo
 nominatorum, ff. de annu. leg., l. annua, §. Attia. Sed supra determinatum est, 505
 scilicet ualere talem institutionem factam de ecclesia, idem puto de altari eadem
 ratione, et haec insitutio debet ualere, et omnia quae dixi possunt repeti. Hoc
 tamen hic plus est, quia iste guardianus laicus uidetur executor electus, debet
 talem distributionem facere, et posset actiones mouere, uendere omnia, et singula
 facere, dicta l. nulli et l. si quis ad declinandam, C. de episc. et cle. et in Auth. 510
 de ecle. tit. §. si quis autem pro redemptione. Hortor tamen fratres minores ob
 reuerentiam domini nostri Iesu Christi, et beati Francisci, ut tales guardianos in
 fraudem non habeant, et eos institui non procurent: hoc enim puritati eorum
 regulae repugnaret.

486–487 Supra, ll. 80 ff. 492 C. 6.23.29 493 D. 28.1.21 pr. 494 N. 131.9.1 (= Coll. 9.6) 499 VI-
 5.12.3 (col. 1114) 504–505 Gl. ad D. 33.1.20.1, s.v. ‘nominatorum’ 505 D. 33.1.20.1 | Supra, ll.
 ??? 510 C. 1.3(6).28 | C. 1.3(6).48(38) 511 N. 131.11 (= Coll. 9.6)

505 Attia] Titia ed.

CAPITULUM II

515 Quid si talis guardianus † ecclesiae, uel altaris, esset unus de fratribus minoribus? 33
 Responsio. Puto talem institutionem ualere, quia subducta persona talis fratris,
 remanet instituta ecclesia, cuius institutio ualet, sicut dixi de ea, supra proxima
 distincta. Et sic testamentum est diligenter aduertendum, an dicat testator, instituo
 520 guardianum fratrum minorum, et tunc non ualet, ut dictum est, an dicat, instituo
 guardianum ecclesiae, uel altaris, et tunc ualet, sicut si esset instituta ecclesia.

CAPITULUM III

An autem effectus talis † institutionis transeat ad alios guardianos ecclesiae, uel 34
 altaris, qui pro tempore subrogantur in dictis ecclesiis? Puto quod sic, ut expresse
 dicit textus in dicta l. annua, §. 1. Sed contra hoc facit, quod notatur per Innocen-
 tium, *Extra*, de off. deleg., c. fi. Sed alio casu loquitur, si bene aduertatur. Item
 525 contra praedicta facit. ff. de leg. 2, l. si Augustae. Solue, ut ibi notatur **per Doct.**
 et glossam.

SEPTIMA DISTINCTIO

CAPITULUM I

Quid si instituantur fratres minores sancti Francisci? † Ista quaestio habet plus 35
 dubii, quia fratres sancti Francisci sunt fratres minores, de quibus supra diximus.
 Item fratres sancti Francisci sunt fratres de poenitentia tertii ordinis sancti Franci-
 530 sci, et sic potest dubitari de quibus intelligatur. Et uidetur quod debeat intelligi de
 fratribus tertii ordinis. Nam debet intelligi in dubio eo modo quo ualeat, non eo
 modo quo pereat, ut l. quoties. Sed si intelligimus de fratribus minoribus, non
 ualeret, ut dictum est. Si enim intelligamus † de fratribus tertii ordinis, ualet, quia 36
 praedicti fratres possunt habere in proprio, et communi, ut dicitur *Extra*, de sen.
 535 ex., c. cum ex eo, in Clementina, et ibi nota. Ergo uidetur quod de eis debeamus
 intelligere. Contra: quia haec appellatio fratris sancti Francisci per prius dicitur
 de fratribus minoribus, et per posterius dicitur de fratribus poenitentiae. Ergo de
 illis debet intelligi, ut ff. si ag. uectig. uel emphyt. pe. l. 1, in fi., de leg. 2, l. legatis,

517–518 Supra, ll. 452 ff. 523 D. 33.1.19.1 524 X 1.29.43 525 D. 31.1.57(59) 526 Gl.
 ad D. 31.1.57(59), s.v. 'Si Augustae' 528 Supra, ll. ??? 532 D. 26.7.9(10) 535 Clem. 5.10.3
 538 D. 6.3.1.3 | D. 31.1.35(36)

538 legatis] egatis ed.

et de uer. sign., ⟨l.⟩ in lege censoria. Praeterea communis usus loquendi sic se
 habet, quod fratres minores appellantur fratres sancti Francisci, illi uero fratres de 540
 |566b| 37 poenitentia, dicto c. cum ex eo; ergo, et cetera. | Huic autem usui stare † debemus,
 l. cum de lanionis, §. asinam, de fun. instru. et l. librorum, §. quod tamen Cassius,
 et ibi notatur de lega. 3, et l. Labeo. de supellec. lega. Et haec puto uera, nisi ex
 aliquibus coniecturis appareret, quod de fratribus poenitentiae senserit, puta si in
 aliqua parte testamenti, de eis fecerit mentionem, arg. de leg. 1, l. qui filiabus, in 545
 |108vb| prin.; uel si aliquae aliae coniecturae legitimae appareant, et cetera. |

539 D. 50.16.203 541 Clem. 5.10.3 542 D. 33.7.18.2 | D. 32.1.52(50).4 543 D. 33.10.7
 545-546 D. 30.1.17 pr.

541 ex eo] *corr. ex ex. eo.* 542 Cassius] *Cassus ed.*

MINORICARUM LIBER SECUNDUS

1. *Legatum pecuniae factum fratribus minoribus tenet, si non est in maxima quantitate, et conuertitur per alios in eorum necessitates.*
2. *Legatum pecuniae factum minoribus in maxima quantitate praesumitur in fraudem.*
3. *Declaratio quantitatis pecuniae relictæ fratribus, si magna, uel parua sit, pertinet ad ministrum, uel custodem.*
4. *Legata si est quantitas immoderata fratribus, superfluum reseruabitur pro necessitatibus futuris, et nu. 6.*
5. *Legatum pecuniae factum fratribus minoribus simpliciter intelligitur pro necessitatibus imminentibus.*
7. *Fratres imminente necessitate, petent superfluum extraiudicialiter per modum eleemosinae.*
8. *Fratres non possunt recipere diuersa legata in diuersis testamentis eisdem facta, quae coaceruata faciant summam immoderatam, sed necessitate superueniente, recipiant quae primo uenerunt ad soluendum.*
9. *Legatare immobili fratribus, quae usu non consumitur adiecto modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur aestimatio, secus si aliter est.*
10. *Aedificium si legatur fratribus minoribus, ut ibi construatur locus, uel diuinum officium celebretur per fratres, uidelicet ibi intrantes, an ualeat legatum, quod non, ut quod iussit testator obseruetur, sed ut in aliam causam transferatur, et nu. 12.*
11. *Impossibile de iure uidetur, quod per solum principem expeditur.*
13. *Translatio legati facti de aedificio relicto a fratribus minoribus, ut ibi construatur locus, per quem fieri possit, et nu. 15.*
14. *Iudex magis fauere debet uoluntati eius cui relinquitur, quam eius, a quo relictum est.*
16. *Legatum factum fratribus de re immobili, ob causam, uel modum licitum tenet.*
17. *Legatum factum fratribus ad unam causam, illa causa finita, superfluum debet commutari in aliam causam.*
18. *Legatum factum fratribus ad unam causam, si illa cessat, commutatur in aliam, et legatum tenet.*
19. *Legatum generaliter factum fratribus sine modi expressione ualet, et intelligitur expressus modus qui personae legitima congruit, dum tamen moderata sit summa.*
20. *Dominium rerum legatarum fratribus minoribus remanet apud haeredem.*
21. *Relictum factum pro necessitate pauperum, uidetur factum illi ciuitati cuius pauperibus relinquitur.*
22. *Dominium rerum legatarum recta uia non transit in legatarium, quando relinquuntur per quandam consequentiam.*
23. *Dominium panni pro uestimentis, uini, et frumenti legati fratribus, penes quem remaneat.*

24. *Pecunia legata in specie pro usu fratrum transmutatur in aliam speciem.*
25. *Legata res fratribus minoribus, cuius pretium conueritur in eorum necessitatem, uendi potest per haeredem, per executores, per episcopum et iudicem secularem ex officio.*
26. *Iudex secularis uendi ex officio res legatas minoribus, quando haeredes, et eexecutores fuerunt in mora constituti, saltem binae monitione.*
27. *Conuentus fratrum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarum, habet tamen actionem personalem.*
28. *Legari, uel donari potest uni fratri singulariter, et per Guardianum, uel custodem in utilitatem dicti fratris primo conuerti.*
29. *Legatum singulariter factum uni fratri non debet ad petitionem ipsum solui, sed Guardiani.*
30. *Frater minor non potest esse executor.*
31. *Relictum factum fratri singulariter, ultra eius necessitatem conueritur in utilitatem communem conuentus. |*
32. *Legatum annuum factum fratribus minoribus, licet non ualeat, ualet tamen quod ius percipiendi uenditur, et in necessitatem eorum conueritur.*
33. *Annui redditus computantur inter immobilia.*
34. *Legatum diurnum, uel mentruum factum fratribus, quomodo ualeat.*
35. *Legatum annuum factum fratribus minoribus, usque ad certum tempus non ualet, et fratres a dicto legato debent abstinere.*
36. *Legatum annuum factum in uim conditionis non ualet, nec fratribus licet accipere.*
37. *Legans fratribus minoribus ipsis fratribus non obligatur.*
38. *Obligatio duobus modis intelligi potest.*
39. *Legatum factum pauperibus alicuius ciuitatis, censetur factum ciuitati, et ipsi ciuitati acquiritur obligatio.*
40. *Fratres minores petere possunt extraiudicialiter legata eisdem facta, in iudicio non.*
41. *Respublica uel eius syndicus, uel quilibet de populo potest petere in iudicio legatum factum fratribus minoribus. Item episcopus, et iudex secularis ex officio. Fratres minores caueant, ne assistant petentibus pro eis legata eisdem relictas.*
42. *Innocentius papa quartus concessit fratribus minoribus constituere syndicum.*
43. *Martinus papa eandem concessionem, et ampliozem fecit dictis fratribus.*
44. *Ioannes papa 22 aliquo aliter dictas concessionem reuocauit.*
45. *Fratres minores possunt absque licentia sedis apostolicae constituere syndicum ad uendendum libros. |*
46. *Fratres minores habent generalem procuratorem in curia electum in capitulo generali per generalem ministrum.*
47. *Fratres minores habent etiam procuratores speciales, quos procuratores conuentus appellat.*
Officium procuratoris conuentus quale sit.

48. *Communitates terrarum per statuta possunt constituere syndicum, qui relicta obuenientia fratribus minoribus petat, et aliis necessitatibus fratrum provideat.*
49. *Fratribus licet procurare, ut eis syndicus constituatur, non ad litigia.*
50. *Ciuitas potest constituere syndicum fratribus minoribus, quem ipsi fratres nominabunt. Cautela in custodiendo syndicum, ne repugnet regulae fratrum et nu. 58.*
51. *Syndicus potest constitui, ut etiam alium loco ipsius substituat.*
52. *Statutum, quod quis in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non ualeat.*
53. *Potestas syndici pro fratribus constituti a ciuitate qualis sit.*
54. *Guardianus cum capitulo, et custodibus, quomodo possunt facere laicum eorum procuratorem, et syndicum.*
55. *Uerba in contractibus impropriantur, ut ad materiam adaptentur.*
56. *Caueant fratres, ne constituent syndicum ad lites, et nu. 57.*
58. *Syndicus a fratribus constitutus non potest nomine fratrum agere contra haeredem, a quo factum est legatum et quomodo agere debet.*
59. *Syndicus si a fratribus nominatus eisdem legatum contra uoluntatem haeredis uendidit, dominium non transfertur in emptorem, et qua exceptione erit tutus emptor si per haeredem uendicetur.*
60. *Fratres minores contra syndicum per eos nominatum nullam habent actionem.*

DISTINCTIO PRIMA

CAPITULUM I

Primo † quaero, quando fratribus minoribus legatur, seu relinquitur pecunia, an ualeat. Et uidetur quod non, cum in regula sit expressum, ne fratres recipiant per se, uel per alios pecuniam, uel denarios ullo modo: tamen Nicolaus determinauit, quod talia legata ualent, si in fratrum necessitatem conuertantur per alios, prout in eleemosynis, quae ⟨a⟩ uiuentibus largiuntur. Idem uidetur expressum in dicto capitulo Exiit qui seminat, §. caeterum, cum in eadem regula, et d. §. ad haec cum fratres. Hoc tamen intelligi debet, † dummodo quantitas non sit tam excessiua, quam possit praesumi in fraudem, ut dixi in praecedenti libro 2. distinctione. Hoc etiam dicitur in capitulo Exiit qui seminat, §. cupientes. Ibi, *nec licet eis ualorem*, etc. Et dicto capitulo Exiit qui seminat, §. ad haec cum fratres. Ubi solum restringit ad ea, quae fratribus pro eorum necessitate sunt necessaria, debet tamen hoc intelligi in quantitate moderata. |

|567b|

548–549 Cf. *RegB* 4.1 (???) 552 VI 5.12.3 (col. 1115) | VI 5.12.3 (col. 1114) 554 Supra, ll. 258 ff. 555–556 Clem. 5.11.1(!) 556 VI 5.12.3 (col. 1114)

CAPITULUM II

Quis arbitrabitur,¹ an quantitas sit moderata? Circa hoc Nicolaus praedictus in dicto capitulo Insuper, uersiculo *Hoc autem*, loquitur, *secundum exigentiam personarum, ministri, et custodis simul, et separatim in suis administrationibus, et custodiis, cum talibus interdum personarum qualitas, temporum uarietas, locorum conditio, et nonnullae aliae circumstantiae plus minusue actualiter requirant prouideri, ita tamen sic faciunt, quod semper in eis, et eorum actibus paupertas perfecta* 560
 3 *reluceat*, etc. Ex praedictis liquet, † quod declaratio, quae sit quantitas moderata, ad ministros, seu custodes pertinet; non posset igitur eam facere guardianus, et conuentus, si super hoc emergeret dubitatio. Apparet igitur quod siue dicta 565
 quantitas sit exponenda in necessitate conuentus, siue in necessitate certi fratris, dicta declaratio pertinet ad ministrum, et custodes, si super hoc dubitetur, quod apparet ibi, dum dicit ‘personarum qualitas’. 570

CAPITULUM III

4 Quando autem esset † quantitas immoderata, quid fiet de superfluo? Et hic diligenter attendenda sunt uerba Clem. Exiui de paradiso, §. cupientes ubi Papa ait, *Nec licet eis ualorem haereditatum talium, uel tantam earum partem, quod praesumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo et forma legati sibi dimitti facere, aut sic dimissa recipere*, etc. Aduertendum est igitur, quod hic Papa non irritat legatum, 575
 nec haeredes eorum a quibus relictum est liberat, sed limitat receptionem fiendam a fratribus. Uult enim quod fratres non possint recipere, quando talis receptio praesumeretur in fraudem, ut in praecedenti libro 2 distinctione est declaratum, quod tunc debet fieri in fraudem, quando esset tanta quantitas, quod eius receptio magis saperet thesaurizare, quam ob imminentes necessitates recipere. Item 580
 5 expresse sciendum est, † quod relictum factum fratribus quantumcunque simpliciter, intelligitur factum ob necessari~~ta~~tes imminentes, d. c. Exiit qui seminat, §. ad haec cum fratres. Et de iure ciuili dispositum est, quod relictum factum ob
 [109rb] aliquam necessitatem imminen|tem debetur, non aliter, ff. quando dies leg. ced.,

¹Tho. D. Quis arbitrabitur. Uide Raph. Cum. in consi. 169. Incip. uiso testamento uer. quinetiam non dicitur.

560–565 VI 5.12.3 (coll. 1114–15) 572–575 Clem. 5.11.1 (col. 1197) 578 Supra, ll. 271 ff. 583 VI 5.12.3 (col. 1114)

560–561 personarum] personarum et locorum F 562 cum talibus] discretionem disponant, quum de talibus F 563 actualiter] ac aliter F 564 ita] ista F | faciunt] faciant F | perfecta] sancta F 574 aut] uel F

585 l. nec semel, §. Si in habitationem. In proposita ergo quaestione † ab initio de 6
 quantitate legata dabitur fratribus per personas constitutas ad hoc, secundum for-
 mam illius constitutionis, Exiit qui seminat, dabitur moderata, dico, quod dabitur
 secundum quod imminens necessitas requirit, siue necessitas quae instantissime
 habeat tractum, ut in dictis Clementinis Exivi declaratur; residuum uero tunc
 590 fratres non possunt recipere: quod si nunquam superuenerit necessitas, nunquam
 recipere possent; sed alia necessitate superueniente licite illud superfluum possent
 recipere. Nec enim receptio posset praesumi in fraudem, nec animo thesaurizandi,
 cum ob imminens necessitatem recipitur illud. † Ergo superfluum imminente 7
 necessitate petant fratres per modum cuiusdam eleemosynae confidenter extra
 595 iudicium, cum in iudicio nullo modo possint, ut infra dicitur. † Quid autem si in
 diuersorum testamentis uariae quantitates fratribus relinquuntur, quarum quilibet
 pro se immoderatam quantitatem non facit, sed omni cumulatione facta efficitur
 quantitas immoderata, an fratribus accipere liceat? Responsio. Non puto: quia si
 omnia uerba Regulae, et dictarum Decretalium diligenter inspiciantur, semper se
 600 referunt, ut liceat recipere pro fratrum necessitatibus, d. §. insuper, et §. ad haec
 cum fratres. Ego puto, quod pro sua necessitate tunc imminente recipiant, qui pri-
 mo uenerunt ad soluendum, arg. C. de iure delibe., l. scimus, §. et si praefatam; ab
 aliis non recipiant, et tunc recepturi cum necessitas superueniat, ut in praecedenti
 capitulo dictum est.

SECUNDA DISTINCTIO

CAPITULUM I

605 Aliquando contigit, † quod immobilia, et ea quae usu non consumuntur fratribus 9
 relinquuntur adiecto modo, secundum quem fratribus non licet exigere, an ualeat
 relictum uel saltem aestimatio fratribus debeatur? Uidetur, secundum quod | etiam |568a|
 in praecedenti libro dictum est, quando haereditas fratribus per fideicommissum
 relinquitur. Praetera de legato subducitur omnis impossibilitas, l. obtinuit, ff.
 610 de condi. et demonst., et C. de institu. et substit. l. reprehendenda. Ergo ille
 modus, qui fratribus est de iure impossibilis, reiicietur: quia si modus legati non
 potest conseruari, debet transmutari in alium modum possibilem, l. legatum, de
 usufructu legato. Contrarium uidetur expresse in d. §. ad haec, quia fratribus
 ipsis interdum: Ubi Papa sic ait, dicens, *quod si testator modum, secundum quem*

585 D. 36.2.12.5 587 VI 5.12.3 589 Clem. 5.11.1 600 VI 5.12.3 (col. 1114) | VI 5.12.3 (col. 1114) 602 C. 6.30.22.4 603–604 Supra, ll. 559 ff. 608 Supra, ll. ??? 609 D. 35.1.3 610 C. 6.25.5 612 D. 33.2.16 614–618 VI 5.12.3 (col. 1117)

fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret, exprimat in legando, ut 615
 si legaret fratribus uineam, uel agrum colendum, uel domum locandam, et similia
 uerba in similibus proferret, aut modos similes, in relinquendo seruaret, a tali
 legato, et eius receptione per omnem modum fratres abstineant, etc. Ex eo enim,
 quod dicit, per omnem modum, apparet quod etiam aestimationem recipere non
 debeant. Nam modus recipiendi legatum, est aestimationem recipere, l. si domus, 620
 §. qui confitetur. De leg., 1., l. non dubium, §. fi. de leg. 3. Solutio. Dicendum
 est, quod si modus adiectus est illicitus fratribus minoribus inspecta conditione
 ipsorum, quod tunc etiam aestimatio non debetur, nec potest recipi. In tantam
 enim sanctissimus Pontifex odit eum qui modum repugnantem regulae adiicit,
 ut pro eo talem eleemosynam omnino fratres recipere prohibeat, ut dicta uerba 625
 manifeste dicunt. Si uero modus esset illicitus fratribus, non quia contra Regulam
 fratrum minorum, sed quia sic esset in quolibet religioso, tunc tale legatum licet
 recipere, ut sequente capitulo dicitur. Non obstat ratio prima in contrarium:
 quia ubi retentio ipsius rei relictæ repugnat fratribus, ipsum legatum non est
 modificatum aliquo modo repugnanti ipsi Regulae, et ideo a iure modificatur 630
 modo licito. In quaestione uero nostra secus. Non obstat secunda ratio. Quia hoc
 speciale, quia impossibilitas non subdicitur ratione praedicta. Non tertia ratio:
 quia illud uerum, ubi modus esset illicitus ratione Regulae, ut supra dictum est, et
 infra proxi. dicitur, etc.

CAPITULUM II

- 10 Pone, aliquis^m reliquit † fratribus aedificia, ut ibi construatur locus fratrum, uel 635
 ut ibi diuinum officium celebretur per ipsos fratres ibi intrantes, an ualeat tale
 relictum? Et uidetur quod non: quia fratribus non licet recipere hoc sine summi
 Pontificis licentia speciali, ut *Extra*, de excess. praela. c. 1, lib. 6. Sed istud quod
 11 non potest expediri, † nisi per solum Papam, uidetur impossibile de iure, **l. apud**
Iulianum, §. fin. de leg., 1, et notatur per glossa in uerbo relictæ sint, ff. de 640
 uerbo. obliga., l. continuus, §. cum quis. Et per Dynum de regu. iur., c. quod
 semel Deo dedicatum est, lib. 6. Et istud uidetur relictum sub modo impossibili;

^mTho. Done, aliquis. Uide plene per And. Barb. in c. uos quidem, de test.

621 D. 30.1.71(74).3 | D. 32.1.14.2 628 Infra, ll. ??? 633 Supra, ll. ??? 634 Infra, ll. ???
 638 VI 5.6.1 640 Gl. ad D. 45.1.137.6, s.v. 'relictæ sint' 641-642 Dinus, *Lectura* ad VI 5.12 de
 reg. 51 (18va) (= Semel Deo dicatum [seu dedicatum] non est...)

616 colendum] ad excolendum F | uel] om. F | locandam] ad locandum F | et] vel F
 632 Non] Nob ed.

ergo, secundum ea quae dicta sunt, nullo modo fratribus per illum modum licet recipere. Econtra uidetur, † quod legatum ualeat, non ut illud quod testator iussit, 12
 645 obseruetur, sed ut in aliam causam transferatur, ut memoria, et salus animae defuncti seruetur, l. legatum de usufr. leg., et de administ. re. ad ciuit. | perti., |109va|
 l. legatam. 2. responsio. Et istam partem puto ueram. Non obstat contrarium <quia> illud uerum, quando modus continet impossibilitatem uigore Regulae, et conditionis fratrum minorum, sed hoc, scilicet capere nouum locum, non est eis
 650 interdictum, ideo quia fratres minores: quia sic est in quolibet mendicante, ut d. c. 1, *Extra*, de priuil. lib. 6.

CAPITULUM III

Per quem autem fiatⁿ ista † talis commutatio in aliud, dubitatur. Nam quaedam 13
 iura uidentur uelle, quod posset fieri sine auctoritate Principis, siue Pontificis, l. i. et l. legatum. in prin. de admin. rerum ad ci. perti., 2. Responsio. Et de relig.
 655 do. c. i. circa prin. in Clementinis. Quaedam alia uidentur uelle, quod fiat de uoluntate utriusque partis, scilicet eius cui relinquitur, et eius a quo relinquitur dicta l. legatum de usufruc. leg. In eo quod dicit, adhibitis primatibus ciuitatis, hoc est, his, qui regunt ipsam ciuitatem, cui est relictum, et haeredibus a quibus est relictum ut dicta l. legatum, 2. respon. de admi. re. ad ciui. perti. Quaedam
 660 iura uidentur uelle, quod stetur uoluntati eius, cui relinquitur dicta l. legatum, 3. respon. uersi. si uero plures. Ibi, *in unum opus, quod ciuitas uelit erogari*, etc. Solutio. Dicendum est, quod quandoque illud quod testator iussit fieri in re, uel de re, quam relinquit, potest licite | fieri de iure et de facto, et tunc illud non potest |568b|
 in alium transferri sine permissione principis. Ita loquuntur iura primo allegata.
 665 Quandoque non potest fieri de iure, et tunc debet fieri transmutatio de consensu utriusque partis, ut dicta l. legatum, de usufruc. lega. Quandoque potest fieri de iure, sed non de facto, et tunc idem quia potest fieri transmutatio de consensu utriusque partis, puta, si pecunia legata non sufficit, dicta l. legatam, 2. respon. de admi. re. ad ciui. pertinent. Idem, si aliud esset impedimentum facti eadem
 670 ratione, sed si partes essent in discordia, tunc iudex erit medius, cuius auctoritati stabitur. Arg. C. de nup., l. 1, et l. in coniunctione. Quia iudex † magis fauebit 14

ⁿTho. Der quem autem fiat. Uide per And. Barb. in c. nos quidem. de testa. ubi plene examinat doctrinam Bar. hic, ad quem me remitto.

646 D. 33.2.16 647 D. 50.8.6 650–651 VI 5.7.1 653–654 D. 50.8.1 654 D. 50.8.6 (Legatam)
 655 Clem. 3.11.1 657 D. 33.2.16 659 D. 50.8.6 (Legatam) 660–661 D. 50.8.6 666 D. 33.2.16
 668 D. 50.8.6 671 C. 5.4.1 | C. 5.4.20

644 †] *scripsi* 661 si uero] sive K

uoluntati eius, cui relinquitur, quam eius a quo relictum est, dicta l. legatam, §.
 15 si uero plures, et ar. l. de die, ff. qui satisda. cog. † Nunc ad propositum dico,
 quod illa transmutatio fiet ad alium usum pium, per iudicem uolente haerede, et
 ministro, seu custode fratrum, quibus hoc dicitur permissum. Arg. eorum quae 675
 dixi in praecedenti distinctione. Et si essent discordes, iudex erit medius, non
 quod ipse minister, seu custodes prouocent ad iudicium, quoniam ad iudicium pro
 nulla re temporali esse possunt, sed quando haeres prouocaretur ab alio, cui hoc
 permittitur, secundum ea quae in praedecenti libro dicta sunt, et infra dicentur,
 tunc ipse minister, seu custos poterit esse coram iudice (et) super hoc ad uidendum 680
 uoluntatem declarare. Nam esse in iudicio hoc ipsi non est prohibitum, non enim
 in eius persona substantiatur iudicium, sicut potest esse in iudicio, ut testis, ut
Extra, de testib. c. nuper.

TERTIA DISTINCTIO

CAPITULUM I

16 Quandoque relinquuntur † fratribus res mobiles, uel immobiles ob causam, uel
 modum licitum, an ualeat, ut puta si relinquatur, ut res uendatur, et in necessitatem 685
 conuertatur. Nicolaus Papa in dicto c. Exiit qui seminat, §. ad haec quia fratribus,
 determinauit, quod ualeat, sed tamen si pretium ipsarum rerum faceret quantitatem
 immoderatam, dic, ut dixi in praedicta distinctione, quando relinquitur pecunia.
 Item non intelligas, quod dominium earum rerum transeat in fratres, sicut in alios
 legatarios, sed cuius sit dominium, dices statim in sequenti distinctione. 690

CAPITULUM II

17 Sed pone, quod † dictae res relinquuntur fratribus ad unam certam causam, pu-
 ta pro fratribus induendis, et tota quantitas quae ex dictis rebus redigitur, non
 expenditur in illam causam, quid fiet de superfluo? Responsio. Hoc in legato
 non habemus expressum. Sed in eleemosyna data inter uiuos bene declarauit
 dictus Nicolaus in dicto c. Exiit qui seminat, §. quia uero puritatem, ubi sic ait: 695
*Cum in praedictis casibus ad determinatam necessitatem, ut praedicitur, pecuniam
 per aliquem concedi contigerit, pecunia erogari posset a fratribus, quod si quidem*

672–673 D. 50.8.6 673 D. 2.8.8 676 Supra, ll. 559 ff. 679 Supra, ll. ??? | Infra, ll. ??? 683 X
 2.20.51 686 VI 5.12.3 (col. 1117) 688 Supra, ll. 571 ff. 690 Infra, ll. 788 ff. 696–701 VI 5.12.3
 (col. 1117)

697 pecunia erogari posset] concedens pecuniam rogari possit F

700 *de ipsa pecunia habita necessitate determinata supererit, concedat ipse concedens, quod residuum dictae pecuniae in res alias pro aliis ipsorum fratrum necessitatibus conuertatur, quo non consentiente, pro praedictis ipsum residuum, si quidem fuerit, restituatur eidem, etc.* Ex quibus uidetur, quod remanere debet domini residuum apud haeredem, si rogatus a fratribus consentire uoluerit. Contrarium tamen est uerum. Nam licet ille qui concedit dum uiuit, posset reuocare: tamen hoc haeredi eius non permittitur, ut ff. de seru. expor., l. 4, et qui sine manu. ad | li. |109vb|
 705 perue. l. 3, §., fi. et hoc etiam uidetur declarari in dicto c. Exiit qui seminat, §. in eo uero casu. Ibi, *non obstante concedentis morte, uel haeredis condictione.* Cum ergo contradicere non potest, et in dictam causam conuerti non possit, quia causa est finita, debet commutari in aliam causam, eo modo, quo dixi supra in praedenti distinctione.

CAPITULUM III

710 Ponamus, † quod pecunia, uel aliud relictum ob certam necessitatem, quae tamen necessitas non imminet; ut puta relicta est pecunia pro fratribus induendis eo anno, cum alius de hoc iam fratribus prouiderat. Nam ista legata alimenta | quae recipiunt, non possunt diu circa idem duplicari, ut ff. de alimen. et ciba. leg. l. alimenta., §. basilicae. Uel pone, quod relicta est pecunia pro emendo |569a|
 715 unum calicem, uel pro emendo paramenta, cum habeant calicem, et paramenta sufficientia, quid fiet de illo relicto. Hoc uidetur declaratum in illa constitutione, Exiui de paradiso, §. quamuis etiam paramenta, quod *superfluitas, aut nimia curiositas in his, et in aliis non potest eorum statui conuenire.* Et ex his uidetur, quod tale legatum fratres nullo modo recipere possunt, nam uidetur expressus modus
 720 illicitus ex Regula, et ex conditione fratrum. Nam et in aliis religiosis fratribus ista duplicitas uasorum, et paramentorum non damnatur, ut C. de sacrosan. eccl. auth. praeterea si habeat, ut dixi in praecedenti distinctione. Contrarium dico, et est casus. ff. de ope. pu., l. fi. in prin. Non obstat in contrarium: quia in casu nostro non expressit testator modum illicitum ex ipsa Regula, imo licitum. Licet
 725 enim fratribus paramenta habere, et calicem, et dicta causa efficitur illicita, ex

704 D. 18.7.4 705 D. 40.8.3 705–706 VI 5.12.3 (col. 1116–17) 708–709 Supra, ll. ??? 714 D. - 34.1.16.2 717 Clem. 5.11.1 (col. 1198) 721–722 Auth. Praeterea si habeat p. C. 1.2.21 722 Supra, ll. ??? 723 D. 38.1.51

698 concedat] consentiat F 699 dictae] praefatae F | necessitatibus] praedictis necessitatibus F 700 pro] om. F | quidem] quod F 717 superfluitas] superfluitas autem F 717–718 nimia curiositas] nimia pretiositas, vel quaecunque curiositas F 718 et in] seu F | aliis] quibuscunque add. F | eorum] ipsorum professioni vel F

antecedenti, scilicet quod fratres reperiuntur habere alia uasa, secus si testator dixisset, lego pro emendis paramentis, et uasis superfluis: quia tunc praesumeretur modus ex uirtute ipsius Regulae reprobatus.

CAPITULUM IIII

Ex praedictis manifeste apparet decisio illarum quaestionum quas tetigi in praecedenti libro, scilicet quando ecclesia instituitur haeres, uel facta ipsius ecclesiae refectione, pecunia superfluat, uel ecclesia seu locus est adeo perfectus, ut refectione non egeat, cum sit declaratum in dicta constitutione, Exiui de paradiso. Hinc est etiam quod fratres deinceps temperatis et moderatis aedificiis sint contenti, certe dicta pecunia in alios usus conuertetur, ut ex praedictis patet.

QUARTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 19 Contingit aliquando, quod † ipsis aliquid generaliter absque modi expressione relinquitur, an ualeat? Respondeo sic et est declaratum in dicto capitulo Exiit qui seminatur, §. ad haec quia fratribus, ubi Papa sic ait: *Ubi fratribus ipsis generaliter absque modi expressione aliquid legetur, hoc in legato sic indeterminate relictum in omnibus. Et per omnia intelligitur seruare, uolumus, et in perpetuum praesenti constitutione iubemus, quod ubi pecunia, seu eleemosina fratribus indeterminate relictum, uoluimus, ac expressimus obseruari, uidelicet ut sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quod legans merito, nec fratres ipsi effectu relictum fraudentur*, etc. Ex quibus apparet quod legatum ualeat, et intelligitur modus expressus qui personae legitimae congruat: ff. de usu et habi. l., plenum, §. equitii. Sic ergo uidetur, quod pretium in necessitatem fratrum conuertetur, ut supra dictum est, quod intelligitur, nisi summam immodertam excederet, et tunc serua quod supra dixi.

729-730 Supra, ll. 396 ff. 732-734 Cf. Clem. 5.11.1 (col. 1198) 737-743 VI 5.12.3 (col. 1117)
744 D.7.8.12.4 745 Supra, ll. ??? 746-747 Supra, ll. ???

737 Ubi] Si vero F 738 hoc in legato] in hoc legato F 739 intelligitur seruare] intelligi ac seruari F 740 ubi] supra F | pecunia] in pecunia F 741 relictum] oblata vel missa F 742 legans] nec legans F

CAPITULUM II

Sed mortuo testatore, † ad quem spectat dominium dictarum rerum? Circa quod 20
 sciendum est, quod res sic relictæ possunt esse triplicis generis. Primo potest esse,
 750 quod relinquuntur res fratribus, quæ usu non consumuntur, quarum usus non
 est fratribus interdictus, ut si relinquuntur libri theologiae, et similia, et tunc non
 est dubium, quod dominium pertinet ad ecclesiam Romanam, hoc est declaratum
 per Nicolaum in dicto c. Exiit qui seminat, §. ad hæc cum fratres ipsi, ubi loqui-
 tur sic: *Cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, uel donatur*; et ibi:
 755 *omnium utensilium, et librorum, ac eorum mobilium praesentium, et futurorum,*
quæ et quorum ususfructus ordini, uel fratribus ipsis licet habere proprietatem,
et dominium. Quod autem Innocentius Papa quartus praedecessor noster fecisse
dignoscitur, etiam et nos Romanam apostolicam ecclesiam ante recepimus, et ad nos,
 760 *ipsam plene, et libere pertinere hac praesenti constitutione in perpetuum ualitura*
sancimus, etc. quodque praedictis rebus quæ usu non consumuntur Federico
 scripsit Ioannes 22 Papa in constitutione quæ incipit Ad conditorem. Tamen
 confirmat, alias confirmauit, cuius uerba quantum ad hoc inferius referemus. So-
 lutio. Potest esse quod fratribus relinquuntur res quæ usu non consumuntur,
 sed eorum usus est fratribus interdictus, ut si quis reli|nquerit domum, agrum, |569b|
 765 et similia, quæ | res debetur uendi, et in necessitatem fratrum conuerti, et ad
 quem pertineat dominium istarum rerum non reperio constitutionem aliquam
 declarantem. Posset tamen ad hoc in argumentum, et similitudinem adduci, quod
 idem Nicolaus Papa in dicto c. Exiit qui seminat, §. caeterum cum in eadem regula,
 in pecunia concessa ab aliquo uiuente fratribus. Sic ait: *ita tamen, quod penes*
 770 *ipsum dantem dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniae, cum libera po-*
testate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper usque ad conuersionem ipsius, in
rem deputatam plene, libere, ac integre remanentibus in ipsa pecunia nil omnino
fratres iuris habeant, etc. Ex quibus uidetur, quod dominium remanet penes ipsum
 heredem, maxime cum idem Papa in uerbis quæ praecedenti capitulo retulimus,
 775 in tali legato idem per omnia quod in pecunia, seu elemosina fratribus uoluit
 obseruari. Sed hæc ratio non uidetur bona. Nam cum Papa dixit, *in omnibus*
et per omnia, statim se restrinxit, uidelicet sub modo licito fratribus intelligatur

754 VI 5.12.3 (col. 1114) 755-760 VI 5.12.3 (col. 1114) 761 ? Federico? 769-773 VI 5.12.3
 (col. 1115) 774 Supra, ll. ???

749 sciendum] fciendum *ed.* 756 ususfructus] usumfructum F | ordini] scilicet ordinibus
 F 757 autem] et felicitis recordationis F 758 etiam et nos] in nos et F | Romanam aposto-
 licam ecclesiam] Romanam ecclesiam F 758-759 ante recepimus, et ad nos, ipsam] *om.* F
 768 Nicolaus] Nicolus *ed.* 772 rem] *om.* F | nil] nihil F

esse relictum, non ergo quo ad dominium. Praetera non uidetur esse idem in haerede quod in defuncto, ut dixi supra in proxima distinctione. Cum ergo nulla sit constitutio decisiva, quod iuris sit, uideamus. Et uidetur dominium dictarum rerum ad ciuitatem, ubi sunt illi fratres, quibus est relictum, pertinere, quod probo.

- 21 † Fratres minores sunt pauperes, et in paupertate arctissima constituti, ut in eorum
 22 regula, et declaratores praedicti dicunt. Si aliquando † aliquod relinquatur pro
 necessitate pauperum, uidetur relictum illi ciuitati, cuius pauperibus relinquatur,
 ut l. si cui relictum, et in l. ciuitatibus, de le. i. Si ergo ciuitati uidetur relictum.
 Ergo in iam transit dominium recta via. C. com. de le. l. i et 2. ff. de fur., l. a
 Titio, et Inst. de leg. §. nostra autem, iuncta glossa in uerbo per in rem. Nec est
 etiam incongruum, ut unus legatarius a testatore nominetur, alteri uero quaeratur,
 ff. de leg. 3, l. Fideicommissa, §. interdum, et de leg. i. l. seruo leg., §. si testator,
 et de condi. et demon. l. Titio. §. Titio. Contrarium tamen puto, scilicet quod
 dominium remanet apud heredem. Nam quando legatur, res, cuius commercium
 non habet legatarius, proprietate apud haeredem remanet, et debetur aestimatio, **l.**
 23 **apud Iulianum, §. fi. cum l. seq., de leg. i.** Ita in proposito. Praeterea † in rebus,
 quae non relinquuntur directo, sed per quamdam consequentiam non procedit
 illa regula, quod dominium transeat recto iure in legatarium. Hoc probatur ex
 coniunctione duarum legum, ex l. i. de ser. leg. et ff. quemad. ser. amittant. l. si
 partem, §. i. Sed quando seruitus, nisi constituatur ab haerede, ut dicta l. i., de ser.
 l. seruorum filii. §., fi. Et ibi **per Iac. de Are.** de legat. i. Ita ergo dicimus in proposito,
 quod dominium rei legatae transeat recta uia in legatarium, cui legatur expresse.
 In eo uero cui legatur per consequentiam non transit, nisi per haeredem tradatur,
 et sic apparet, quod remanet penes haeredem: ita in proposito, cum illi ciuitati
 non legatur expresse, sed per quamdam consequentiam. Praeterea hoc uidetur in
 simili, si quis legat filio, uel seruo, uidetur legare patri, uel domino, quod patet,
 qua pater, uel dominus potest onere fideicommissi grauari, ff. de leg. i. l. cum fi.
 cum similibus. Sed si legatum est tale, quod non possit quaeri dominium filio,
 uel seruo, sed eius aestimatio debetur, tunc non quaeritur dominium patri, uel
 domino, sed debetur aestimatio, ut ff. de lega. 2. l. debitor, §. seruo., et l. fidei-
 commissa, §. si seruo, de legat. 3. Ita in proposito cum fratribus minoribus non
 possit quaeri dominium, nec Reipub. cui per consequentiam uidetur relictum

779 Supra, ll. ??? 785 D. 30.1.49(51) (= Si cui legetur) | D. 30.1.122(125) 786 C. 6.43.1 | C. -
 6.43.2 786-787 D. 47.2.65(66) 787 Gl. ad l. 2.20.2, s.v. 'per in rem' 789 D. 32.1.11.22 | D. 30.1.-
 69(72).2 790 D. 35.1.71.1 796 D. 33.3.1 796-797 D. 8.3.25 797 D. 33.3.1 798 D. 30.1.44(46).9
 804 D. 30.1.11 807 D. 31.1.82(84).2 808 D. 32.1.11.16

789 Fideicommissa] fideicommissaria *ed.* 791 cuius commercium] cuiuscommercium *ed.*
 795 Hoc] Hoe *ed.* 796 amittant] amittit *ed.*

810 esse, huic opin. uidentur adhaerere uerba decretalis supra allegata et relata, et per
hoc patet responsio ad rationem in contrarium. Tertio contingit, † quod fratribus 24
relinquuntur res, quae usu consumuntur, et declarauit in dicta decretali, quae
incipit, Ad conditorem, in multis partibus ipsius decretalis dum ait, *quis sanae*
mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris unius oui, uel casei seu frusti
815 *panis, et aliarum rerum usu consumptibilium quae fratribus ipsis, et ad consuetu-*
dinem e uestigio conferuntur, ad dominium Romanae ecclesiae, et usum fratrum
pertinere? Profecto laudabile non uidetur, <...> ordinatione praedicta etiam illorum
quae ad sustentationem pertinent, nisi Romanae ecclesiae dominium reseruetur,
820 *hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, quae usu non sunt consumptibiles,* |570a|
sine quibus humana uita non est sustentabilis, quae utique non sunt paucae, | ut in
eodem c. idem Papa declarauit. Sed in hoc idem constituit, dum sic ait: Sancimus,
quod in bonis quae in posterum conferentur, uel offerentur, aut alias quomodolibet
obuenire continget fratribus seu ordinibus supradictis, exceptis ecclesiis, oratoriis,
officinis, et habitationibus, ac uasis, libris, uestimentis diurnis, et officiis dedicatis,
825 *uel dedicandis, et quae ad ipsos obuenient in futurum, ad quae se non extendunt,*
in consequentiam supradicta, propter quod constitutionem istam ad illa extendi
uolumus, nullum ius, siue dominium aliquod occasione ordinationis praedictae, sed
cuiusuis alter ius a quocumque praedecessorum nostrorum super hoc specialiter,
dictae Romanae ecclesiae acquiratur, sed quo ad hoc habeantur prorsus ordinationes
830 *huiusmodi pro non factis, etc. Ecce aperte liquet, quod ecclesiae Romanae non*
quaeritur dominium, nec etiam Reipublicae rationibus praedictis. Dicendum ergo
uidetur, quod si quidem uinum, frumenta, et similia legantur, in genere, tunc non
tractatur de translatione domini antequam perueniatur ad traditionem, ut not. C.
com. de lega. l. 2, et Instit. de lega. §. nostra autem. Sed solum tunc est uidendum
835 *de personali obligatione, de | qua dicitur. Si uero legaretur in specie, uel cum* |110rb|
perueniretur ad traditionem, cuius ut proprietas, et dominium. Et qualem usum
habeant fratres, dico, prout intelligitur ex istis constitutionibus Ioannis Papae
22 quarum una incipit Ad conditorem, alia incipit Quia quorundam, quarum

813–817 ACC²90–94 (236) 817–820 ACC²139–143 (240) 821–830 ACC²255–265 (251–52)
834 C. 6.43.2 | I. 2.20.2 838 ACC², 228–54 | QQM, 257–87

810 relata] relatae ed. 813 quis] quis enim T 814 uel] seu T | seu] aut T | frusti] frustri
T 815 aliarum rerum] aliorum T | quae] que sepe T 815–816 et ad consuetudinem] ad
consumendum T 816 ad dominium] dominium T 817 pertinere] retinere T | laudabile]
probabile T 818 nisi] sibi et T | reseruetur] reseruaret T 819 consumptibiles] consump-
tabilia T 820 paucae] pauca T 821 Sancimus] sanximus T 823 ordinibus] ordini T
824 diurnis] diuinis T | et officiis] officiis T 825 et quae] que T 826 in consequentiam]
adeo inconueniencia T 827 uolumus] nolimus T | siue] seu T | sed] seu T 828 alter
ius] alterius T 829 dictae] edite T | Romanae] sancte Romane T

uerba hic non refero, quia longum esset, sed prout ipse declarauit, ita credo, ac
 determino. Illud uero quod supra dixi de rebus, quae debent uendi, ut in necessi- 840
 tatem fratrum conuertantur, idem illud dico in pecunia legata, etiam si pecunia
 legaretur in specie, ut patet in dictis auctoritatibus. Non enim ipsum corpus
 pecuniae in necessitate fratrum consumitur, sed in speciem aliam transmutatur, et
 hoc quantum ad dominium. Nunc uero quantum ad actionem personalem quid
 iuris sit, uideamus. 845

CAPITULUM III

- 25 Quis ergo^o poterit dictas † res uendere, quando uendendae sunt pro fratrum
 utilitate? Et de hoc Nico. in dicto §. ad haec quia fratribus, cum permisit de
 rebus uendendis pro fratrum necessitate, sic ait: *Atque ad legata soluenda, tam*
haeredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant, quam praelati, ac etiam
seculares, quibus de iure, uel consuetudine prouisio ista competeret, cum expedierit se 850
ex officio suo promptos exhibeant ad pias uoluntates deficientium adimplendas, etc.
 Et sic manifeste apparet, quod hoc possunt facere haeredes. Nec mirum quia apud
 eos est dominium, ut dixi. Item hoc facere possunt executores, licet alias super
 uenditione bonorum requiratur specialis permissio testatoris, l. alio., de alimen. et
 ciba. lega. et C. quando decre. opus non est, l. pen., et ibi nota. Et haec semper inest, 855
 quod talis res uendatur, ut dictum est, et sic specialis permissio non requiritur.
 Item hoc potest facere episcopus, et iudex secularis ex suo officio, ut dicitur in d.
 tex. etiam ex nomine promouentis, quod patet ex ui dictorum uerborum, dum
 dicit, se promptos exhibeant, et facit etiam l. Quintus, de ann. leg., et in Auth. de
 eccle. titu. §. si quis aedificationem et de alimen. et ciba. leg. l. 3 in prin. Iudices 860
 26 tamen † praedicti ad hoc uenientes praededente mora haeredis, uel executoris,
 puta si fuit bis monitus, ut in Auth. de eccle. titu. §. si quis autem. Supradictus
 27 uero conuentus † licet non habeat dominium, ut dictum est, tamen habet actionem

^oTho. D. Quis ergo. De ista decisione Bar. uide plene per Ale. de Imo. in l. 1; ff. de le. 1. et Bal. in
 l. cum quaestio. in fi.; C. de leg. et glo. in. c. 1. de relig. dom. lib. 6; et Ludo. Rom. in sing. 194.
 incip. prohibetur. Et sic habes, quod ipsis fratribus potest relinqui, ut uendatur fundus, et eis
 subueniatur ex aliis pecuniis, et non sunt multi dies, quod fuit alleg. in fauorem fratrum Minorum
 de obseruantia S. Franc. de Padua, contra praesiterum Ioan. Ant. de Curte, de Padua, per me, etc.
 Tametsi priuilegiis Sixti Quarti summi Pontificis, in mari magno aliter disponatur.

840–841 Supra, ll. ??? 848–851 VI 5.12.3 (col. 1117) 853 Supra, ll. ??? 854 D. 34.1.9 855 C. -
 5.72.3 859 D. 33.1.7 860 N. 131.10 (= Coll. 9.6) | D. 34.1.3 862 N. 131.11 (= Coll. 9.6)

843 pecuniae] paecuniae *ed.* 848 pro fratrum] profratrum *ed.* | Atque] Ad quae F
 849 quam] et etiam F | ac etiam] et F

personalem, ut infra dicitur, tamen si posset possidere, haberet dominium, et
 865 posset uendere, ut infra dicam, fratres de hoc nullo modo se impediunt, cum
 hoc uoto, et regula repugnaret, possunt tamen humiliter supplicare haeredi, uel
 executori extra iudicium, ut uotum testatori adimpleat, ut infra dicitur. Sed si
 praedicta legata non relinquuntur fratribus. Sed ecclesiae eorum, et tunc puto,
 quod dominium quaereretur ecclesiae Rom. Et tunc quid iuris collige ex his quae
 870 dixi in praecedenti libro 4 distinctione. |

|570b|

QUINTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

De his quae fratribus largiuntur singulariter, quod ualeat † relictum factum uni 28
 fratri qualiter fratres in hoc se habere debeant, expresse determinauit Benedictus
 Papa in constitutione, quam edidit circa statum fratrum minorum, **c. 14 alias**
 Exiui, ubi sic ait. Quilibet autem frater supradicti ordinis, qui aliquid sciuit deter-
 875 minato usu donari, ut legari, uel pro quo deponi contigerit, postquam huiusmodi
 donatio, legatum, uel depositum ad eius notitiam peruenerit, custodi, uel guardia-
 no suo, uel eius uicario, quam cito poterit commode, debeat reuelare fideliter, hoc
 quilibet facere debeat, si habet notitiam praedictam. Guardianus autem siue frater,
 cui donatum, uel depositum fuerit, si habilis ad scientiam capescendam, prouideat
 880 ei, seu prouidere faciat, secundum donationem ad eius studium opportune. Ex
 his apparet, quod legatum debet in fratris utilitatem primo conuerti et licet hic
 exprimat de libris in c. proximi. exprimit etiam de aliis necessitatibus. Apparet ex † 29
 praedictis, quod quando alicui singulari fratri legatur, non debet ad petitionem
 ipsius solui, sed ad petitionem guardiani. † Item ex praedictis patet, quod frater 30
 885 minor potest esse distributor, et praetorum officio funguntur fratres, ut dicitur in
 sequente libro.

CAPITULUM II

Sed si frater † ille tot denariis pro suis necessitatibus non indigeat, idem praedictus 31
 Papa immediate | post praedicta subdiuidit. Si autem fratres praedicti his libris non
 890 indigerent, ac ubi libris indigerent, prouisio de libris sufficiens eidem aliquid de
 legato, donato, uel deposito huiusmodi super esset guardianus, omne huiusmodi
 864 Infra, ll. ??? 867 Infra, ll. ??? 870 Supra, ll. 335 ff. 874 Clem. 5.11.1 (col. ????)
 885–886 Infra, ll. ???
 870 distinctione] dis- ed. | Quinta] Prima ed. 887 †] scripsi

legatum, uel donatum, uel depositum, uel id, quod facta prouisione eis fratri erit, in communem sui conuentus necessitatem conuerti, seu dispensari procuret, et necessitati, eius, cuius contemplatione donatum, legatum uel depositum fuerit, fauorabilius studeat subuenire. Per hoc enim uel conueniens aliis, uel infra scriptae constitutioni foelicis recordationis Bonifacii Papae VIII quae incipit, **Prius debet** 895 subueniri fratri suprascripto, secundo conuentui. Ex quo patet, quod relictum fratri, hoc est, conentui, et sic in petendo hoc legatum, erit idem quod in eo, quod relictum est conuentui fratrum, ut supra dicitur.

SEXTA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 32 Interdum etiam † euenit, ut fratribus minoribus aliquid annuum relinquatur, an ualeat, quaeritur. Et uidetur, quod non, ut habetur in constitutione, quae incipit 900 Exiui de paradiso, ubi sic ait, *Cumque annui redditus inter immobilia censeantur a iure, ac huiusmodi redditus obtinere paupertati, et mendicitati repugnet, nulla dubitatio est, quod praedictis fratribus redditus quoscumque, sicut possessiones, uel eorum usus cum eis non reperiatur esse concessus recipere, uel habere, considerata conditione ipsorum, non licet, etc.* Ex quibus uerbis colligitur, quod legatum ualeat. 905
- 33 Econtra, quod dominii legatum ualeat, probatur ex autoritate praedicta sic, non est dubium, quod immobilium possessionum fructus fratribus legatus non ualeat, ut ipsas possessiones fratres retineant, sed ut uendantur, et in necessitatem fratrum conuertantur, ut est expresse declaratum, sic † cum redditus inter immobilia computentur, C. de sacros. eccle. l. iubemus, et in Auth. de non alie. §. haec ergo, et 910 §. nos igitur. Et sic uidentur, quod tale legatum ualeat, non ut ipsos annuos redditus ipsi fratres habere, uel retinere possint, quia hoc est eis prohibitum conuertatur, ut dictum est de rebus immobilibus. Solutio. Dicendum est, quod legatum annuum non fratribus interdicitur ra|tione rei legatae, sed ratione modi a testatore expressi, 915 scilicet quod annuatim detur, qui modus regulae et conditioni eorum repugnat, et sic uidetur, quod nullo modo ualeat, etc.

895-896 ??? 898 Supra, ll. ??? 901-905 Clem. 5.11.1 (col. 1197) 910 C. 1.2(5).10 | N. 7.7.1 (= Haec igitur) (= Coll. 2.1) 911 N. 7.1 (= Coll. 2.1)

892 necessitatem] necessitatem *ed.* 893 legatum] legarum *ed.* 903 redditus] redditus | sicut] sicut et F 904 usus] etiam usum F | esse] *om.* F

CAPITULUM II

Per omnia † putarem idem, si fratribus relinqueretur aliquid diurnum, uel men- 34
struum, per alias diuisiones temporum, ut puta decennio, uel triennio, ut ff. de
transactio., l. cum hi, §. si cui, et de alimen. et ciba. lega. l. libertis, quos. in prin.
920 et l. diariis de annu. leg. l. penul.

CAPITULUM III

Quid si fratribus † relinquatur aliquid annuum non perpetuum, sed usque ad cer- 35
tum tempus, an incidat in prohibitionem praedictam? Uidetur quod non, propter
limitationem temporis non uidetur legatum annuum, sed dicitur unum legatum,
scilicet praelatio diuisa, ut ff. quando dies leg. ced. l. cum sine praefinitione. Con-
925 trarium uidetur, scilicet quod ualeat in dictam prohibitionem per generalia uerba
dictae constitutionis supra allegata. Nam relictum fratribus speratur relictum pro
ipsorum necessitate, uel pro alimentis, et similibus, sed in relicto causa alimen-
torum, licet sit frumentum, temporis praefinitione, tamen annuum dicitur, dicta l.
cum sine praefinitione, ergo etc. Sed si relinqueretur cum temporis praefinitione
930 uni fratri singulari, tamen dicitur legatum annuum, per rationes supradictas. Si
uero relinquatur fratribus unius conuentus, tunc facit dubitum, quia conuentus
non moritur. Et sic cessat ratio, quae est in alimentis relictis certae personae;
finaliter puto tamen, quod fratres debeant a dicto legato penitus abstinere. Nam
hoc statui eorum, et mendicitati repugnat. Nam uiuerent simpliciter in spe Dei
935 propter spem, quam haberent in dicto legato intra praefinitum tempus, si in eo
est eadem ratio quod in legato annuo simplici.

CAPITULUM IIII

Quid si non directo sed in uim † conditionis, aliquid annuum fratribus relinqua- 36
tur, puta aliquem haeredem instituo sub conditione, si aliquid annuum dederit
fratribus minoribus. Certe idem est quod supra, ut fratribus nullo modo liceat
940 accipere. Hoc enim uidetur in fraudem fieri, ut l. quod conditionis, de don. cau.
mortis, et de condi. et demon. l. Meuius. Ille tamen, ut impleat conditionem, debet
offerre, dicta l. Meuius, sed contra praedicta uidetur. ff. de iu. fisci l. in fraudem,
ut ibi patet, etc.

919 D. 2.15.8.24 | D. 34.1.18 pr. 920 D. 34.1.21 | D. 33.1.24 924 D. 36.2.19 926 Supra, ll.
??? 928–929 D. 36.2.19 940 D. 39.6.36 941 D. 35.1.55(54) 942 D. 49.14.45
927 similibus] similibns *ed.*

SEPTIMA DISTINCTIO

CAPITULUM I

Qualiter autem petantur dicta reliqui ad ea prestanda tenentur? Pro declaratione
 37 est dicendum. Primo utrum ille, † a quo legatum relinquitur ad id praestandum sit 945
 |110vb| obligatus, et cui. Nam pro rebus fratribus ipsis re|lictis, ipsis fratribus nullum ius
 seu obligatio quaeritur de praedictis, dictus Nicolaus tertius in dicto c. Exiit qui
 seminat, §. caeterum, sic ait: *Nec contra personam nominatam, uel non nominatam*
ab eis, cuiuscunque conditionis existat in iudicio, uel extra, actionem, persecutionem,
uel aliquod aliud ius intentent, qualitercunque persona praedicta in commissione 950
huiusmodi se habeat, etc.

CAPITULUM II

Ex hoc patet, quod obligatio fratribus non quaeritur. Praeterea quod obligatio eis
 quaeratur, uidetur contra principale fundamentum regulae, quae est, ut *fratres sibi*
nil approprient, nec domum, nec locum, uel aliam rem, ut dictis declarationibus
 summorum Pontificum continetur. Si diceremus, quod sibi acquireretur obligatio, 955
 aliquid sibi appropriarent, quod esset contra uota, cum ista regulariter obligatio sit
 de rebus, sine quibus uita potest sustentari humana. Praeterea in dicta c. Exiit qui
 seminat, §. ad haec, quia fratribus, dicitur, quod iudex ex officio suo se promptum
 |571b| exhibeat, quae uerba retuli supra dist. 12 huius 2 lib. Sed ea quae iudicis | officio
 expediuntur, non praesupponunt obligationem, l. qui per collusionem, §. 1, ff. de 960
 actio. emp. et de ann. leg. l. Quintus. Et conclude, quod fratribus obligatio non
 quaeritur, et sic haeres uel alii, quibus relinquitur, non sunt obligati ad talia relicta.
 In contrarium uidetur regula generalis, quae est quod legatario competit obligatio,
 et actio personalis, et hypothecaria, et actio in rem, ut C. communia de leg. l. i.
 et 2, et Insti. de leg. §. nostra autem. Secundo dicendum est, quod in hoc, an ille 965
 a quo relinquitur legatum ad hoc sit obligatus, potest considerari quo ad ipsos
 38 fratres, † et tunc dicendum est, quod obligatio potest intelligi duobus modis. Uno
 modo proprie et stricte, prout est iuris uinculum, quo quis necessitate adstringitur,
 ut Institi. de obliga. in princ. et hoc modo requiritur quod sint duo, unus qui
 tenetur, et est obligatus: alius cui, et habet obligationem, ut ff. de accep. l. 1; et 970

948–951 VI 5.12.3 (col. 1115) 953–954 RegB 6.1 (231) 955 Honorius III, *Solet annuere* 958 VI-
 5.12.3 (col. 1117) 959 Supra, ll. 846 ff. 960 D. 19.1.49(51).1 961 D. 19.1.40(41) 964 C. 6.43.1
 965 C. 6.43.2 | I. 2.20.3 969 I. 3.17 pr. 970 D. 46.4.1

949 existat] exsistat F 965 §] ff ed. 967 †] numerus in margine deest

ibi notatur per glossam. Et hoc modo sumendo haeres uel alius, a quo legatum
 relinquatur, non est obligatus fratribus, et fratres ipsi propter paupertatem uitae,
 et regulae eorum neminem tenent obligatum, ut supra dictum est. Secundo modo
 potest sumi obligatio large, et improprie ex quadam aequitate, in qua quis in seipso
 975 tenetur ad dandum aliquid, uel ad faciendum, et ad hoc ipse uidet se obligatum,
 licet a nemine teneatur, et ista talis aequitas parit officium iudicis l. Quintus, de
 ann. leg. et l. haereditas, de peti. haer. et isto modo haeres uel alius, a quo est aliquid
 relictum, potest dici obligatus, et per hoc competit officium iudicis, ut supra dictum
 est. Tertio modo considerari potest an ille, a quo est legatum relictum sit obligatus
 980 respectu aliorum quam ipsorum fratrum, et tunc est dicendum, quod est proprie
 obligatus. Nam certum est quod uita fratrum minorum in arctissima paupertate est
 fundata, sed quando aliquid † ob necessitatem fratrum, uel pauperum relinquatur 39
 illi ciuitati, in qua sunt pauperes, uidetur ipsis fratribus uel pauperibus relictum l.
 si cui et l. ciuitatib. ff. de leg. 1. Cum Reipublicae intersit, ut pauperes sustententur.
 985 C. de sacrosan. eccl. l. priuilegia. Idem in eo, quod relinquatur propter subsidium
 studii ipsorum fratrum, ut dicta l. si cui et l. ciuitatib. Ex quo concludo, quod licet
 ipsius ciuitatis nomen in testamento non sit insertum, tamen ipse, qui reliquit
 legatum, obligatur ipsi ciuitati ad illud, dicta l. ciuitatibus et l. si cui coniuncta l.
 seruo alieno, §. si testator eo. ti. et l. fideicommissa, de leg. 3. §. plerumque, et §.
 990 interdum., de condi. et demon. l. titio genero. Huic igitur ciuitati haeres ad hoc
 obligatur ciuilitate, et naturaliter, ex qua obligatione oritur actio, ut infra dicam.

CAPITULUM III

Per quos ergo dicta legata, et qualiter petantur, et exigantur, satis patet ex praedictis
 quod diligenter debemus inquirere uel distinguere, nam si quidem † queratur, an 40
 ipsi fratres petere possent, dicendum est, quod duplex est petitio. Est enim petitio
 995 extra iudicium, et statim fratres licite facere possunt. Nam dictus Nicolaus Papa
 in d. c. Exiit qui seminat, §. caeterum cum in eadem, sic ait, Possunt tamen fratres
 suas necessitates insinuare, ac etiam specificare, uel exponere personae praedictae,
 ac etiam rogare quod soluant. Possunt etiam eam personam exhortari, ac dicere

971 Gl. ad D. 46.4.1, s.v. 'Nexu' 976 D. 19.1.40(41) 977 D. 5.3.1 uel D. 5.3.50 983-984 D. -
 30.1.49(51) uel D. 30.1.52(55) 984 D. 30.1.122(125) 985 C. 1.2(5).12 986 D. 30.1.49(51) uel
 D. 30.1.52(55) | D. 30.1.122(125) 988 D. 30.1.122(125) | D. 30.1.49(51) uel D. 30.1.52(55)
 988-989 D. 30.1.113 989 D. 30.1.69(72).2 | D. 32.1.11.20 989-990 D. 30.1.114(117).19
 991 Infra, ll. ??? 997-1000 VI 5.12.3 (col. 1115)

978 officium] officidm ed. 989 fideicommissa] si fideicommissa ed. 992 legata] legara
 ed. 997 ac etiam] ac F 998 ac etiam] ac eam F | soluant] solvat F | Possunt] Possint F
 | eam] eandem F | dicere] inducere F

*quod fideliter in re commissa se habeat, et animae suae saluti in commissa sibi
sua executione prouideat, etc.* Ecce aperte liquet, quod extra iudicium petere, et 1000
exhortari possunt, sicut quando ab haerede legatur aliquid seruo proprio sine
libertate, l. quidam, §. illo uidelicet, C. de neces. seruis haered. insti. Quaedam est
petitio, quae fit in iudicio, et ista nullo modo potest fieri per fratres, ut probant
uerba praedicta supra in 1. distin. c. 1. Nulla enim est in eis actio, seu persecutio.
Hoc est iudicis officium. Hoc probatur ex uerbis Clementinae in dicto c. Exiui, §. 1005
nostra, dum dicit, cum *ordinis fratres ubicunque dicti ordinis professores pro nulla
re temporali possunt in iudicio experiri, etc.* Ecce satis liquet, quod dicti fratres in
iudicio petere non possunt. Si uero † quaeretur, an petere possit Respublica, seu
41 syndicus ipsius, patet quod sic, quia ei competit obligatio, et | contra haeredem,
|111ra| dicta l. si cui et dicta l. ciuitatibus, de leg. i. Ex hoc etiam sequitur, quod quilibet 1010
de populo hoc poterit petere, ff. de op. no. nun. l. in prouinciali, §. si in publico,
et l. seq. et in Auth. de eccles. tit. §. si quis autem, qui hoc facere, etc. Et hoc
dixi plenius in praecedent. lib. 4. dist. Ubi etiam potest colligi modus formandi
libellum. Caueant fratres, ne praedictis sic petentibus assistant, hoc enim satui
|572a| eorum repugnat, ut in | c. Exiui. Ibi, etiam ex talibus existentibus, ut ff. ad Turpi. l. i. 1015
§. incidit. Expectat enim, quod aliquis ad hoc faciendum ex deuotione moueatur.
Poterit etiam exigi istud legatum ex officio Episcopi, uel etiam iudicis secularis,
ut in d. declaratione Nicolai continetur, cuius uerba quantum ad hoc retulimus
supra in 4. distin. huius 2. lib. in 3. c. inci. Quis ergo poterit dictas res uendere, etc.
Dic, ut ibi, et dabitur pecunia illi, quem iudex deputauit, uel etiam ipsis fratribus, 1020
ut in sequenti distinct. dicam.

OCTAVA DISTINCTIO

CAPITULUM I

De syndicis uero fratrum Minorum sciendum est, per quosdam Summos Pontifi-
ces fuisse concessum fratribus, quod nominarent quosdam, qui administrarent
nomine ecclesiae Romanae, quae concessiones fuerunt primo per Ioannem Papam
22 in aliquibus reuocatae, ideo ut praedicta clarescant, primo priuilegia antiqua 1025
42 ad literam referamus. Et primo † Innocentius 4 literas fratribus concessit in haec

1002 C. 6.27.5.2 1004 Supra, ll. ??? 1006–1007 Clem. 5.11.1 (col. 1198) 1010 D. 30.1.49(51)
uel D. 30.1.52(55) | D. 30.1.122(125) 1011 D. 39.1.3.4 1012 D. 39.1.4 | N. 131.11.3 (= Si autem
qui haec facere) (= Coll. 9.6) 1013 Supra, ll. 335 ff. 1015 Clem. 5.11.1 1016 D. 48.16.1.13
1019 Supra, ll. 846 ff. 1021 Infra, ll. 1022 ff.

1007 possunt] possint F 1011 si] qui ed. 1016 incidit] incipit ed.

uerba, *Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Generalibus, et ministris fratrum minorum salutem, et apostolicam benedictionem. Dominicae contemplationi uacatis famulando, tanto quieti uestrae libentius prouidemus, ne*
 1030 *pedes, quos lauasse uideamini affectu, et officio omnia relinquendo, cogantur, quod absit, iterum inquinari. Cum enim lecta a nobis uestra petitio contineat de rebus omnibus ordini uestro concessis, uel in posterum concedendis; per uos ipsos, prout exigit necessitas, iuxta uestri ordinis statura disponere nequeatis, nec uelitis pro conscientiae uestrae seruanda, ne uobis odiosa uagandi tribuatur materia, sed oporteat uos per hoc ad sedem Apostolicam, ad quam rerum ipsarum spectat proprietates, habere recursum: nos quieti dicti ordinis, et necessitatibus uestris paterna uolentes solitudine prouidere, praesentium auctoritate concedimus, ut singulis uestris liceat in prouinciis eis commissis per se, uel per alios fratres suos, quibus iniunxerint committendum, constituere aliquos uiros idoneos Deum timentes, qui pro locorum*
 1040 *indigentia singulorum res huiusmodi concessas, uel etiam concedendas auctoritate nostra petere, uendere, tractare, commutare, expendere, permutare, ac in fratrum usum conuertere ualeant, secundum dispositiones uestras prout necessitatibus, uel commodis fratrum ordinis memorati, sicut uobis eosdem uiros sic constitutos a uobis amouere, aliosque ad praemissa exequenda sine difficultate qualibet subrogare, quoties uidebitur opportunum. Nulli ergo, etc. Data Auenionii iii. Calen. Septemb. Pontificatus nostri anno 5.*

CAPITULUM II

Deinde Martinus Quartus Papa eisdem concessit super praedictis literas largiores in hunc modum, † *Martinus seruus seruorum Dei, dilectis filiis suis generalibus, et prouincialibus ministris, ac etiam custodibus uniuersis ordinis fratrum minorum salutem, et apostolicam benedictionem. Exultans in domino, quod sacri uestri ordinis professores in Dei beneplacitis confirmari promptitudine deuotionis, et o-*
 1050

1027–1046 *Quanto studiosus*, BF 1:487–88, no. 235 1048–1089 *Exultantes in domino*, BF 3:501a–502a, no. 40

1028 *Dominicae*] *Divinae* BF 1030 *lauasse*] *lavisse* BF | *officio*] *effectu* BF | *cogantur*] *cogamini* BF 1031 *inquinari*] *inquinare* BF | *contineat*] *continebat* BF 1033 *exigit*] *exigit frequenter* BF | *iuxta*] *et iuxta* BF | *statura*] *instituta* BF 1034 *conscientiae uestrae*] *conscientiarum uestrarum puritate* BF 1035 *per*] *propter* BF 1037 *praesentium*] *praesentium uobis* BF | *uestris*] *uestrum* BF 1038 *iniunxerint*] *id duxerint* BF 1040 *concessas, uel*] *tam concessas quam* BF | *concedendas*] *conferendas* BF 1041 *petere*] *libere petere* BF | *tractare*] *alienare tractare* BF 1042 *dispositiones uestras*] *dispositionem uestram* BF 1043 *uobis*¹] *uobis pro loco et tempore uidebitur expedire liceat quoque uobis* BF 1045 *uidebitur*] *uideritis* BF | *Auenionii iii*] *Lugduni xiv* BF 1050 *Exultans*] *Exultantes* BF 1051 *confirmari*] *cnnfirmari ed.* | *confirmati* BF 1051–1052 *opere*] *operis* BF

pere illius, studentes imitari uestigia eiusdem, et uiam summopere custodire, qui descendens a patre luminum, et formam serui accipiens, se in laudis beneficium, placabilem hostiam immolauit, cogitare inducimur honesta remedia, quibus dicti ordinis obseruantia pura in sui uigore seruetur. Idemque fratres, qui pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, et exclusis quibuscunque sollicitudinibus libentius, apertius, et quietius diuinis uacent officiis, et offerentium, donantium, uel tradentium, atque in uoluntate relinquentium ordini praedicto, uel fratribus aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, sicque uos sollicitudini, quam praedictus ordo pro suis necessitatibus quoties imminebit necessitas, uel utilitas suaderet, remittere ad ecclesiam Romanam urgerentur, ad quam omnium rerum mobilium, et immobilium, quibus fratres uti possunt, ius, proprietas, et dominium spectat, nullo modo impensa spectat immoderate potius, quam per hoc urgeri possit fratribus supra dictis benignius indulgentes, uolentesque, haeredum, uel executorum negligentis obuiare, | ut fratres secundum modos licitos, et congruos ipsi ordini relicta in testamentis, et eleemosynis non fraudentur, sic sperantes, quod his quae pro statu prospero dicti ordinis per nos salubrius et uberius consuluntur, quo maiores fueritis, ut hic in parte auctoritate muniti discretioni uestrae, de qua plene in domino confidimus speciales personas, que non sunt de dicto ordine nominandae pro locorum indigentia singulorum, quas personas per uos taliter | nominatas in his administrationibus legitimis generalibus liberantur, et libere gerere, et ipsos uere, et legitimos administratores oeconomos, syndicos, et actores esse de plenitudine potestatis praesentium auctoritate constituendo decernimus, qui res ipsas, et pretium rerum, et praedictas eleemosynas nomine ipsius ecclesiae recipiant pro eisdem et fratrum ipsorum utilitate, prout eis licet, ex regula, uel declaratione conuertenda, sicut quando

1052 studentes] student BF | eiusdem, et uiam] eius que uias BF 1053 beneficium] sacrificium BF 1055 Idemque] iidemque BF 1056 et exclusis quibuscunque] exclusis quibuslibet BF 1057 libentius, apertius, et quietius] liberius, et quietius BF | officiis] obsequiis BF 1057–1058 uel tradentium, atque] concedentium, aut BF 1058 fratribus] fratribus eiusdem ordinis BF 1059 uos] nos BF | quam] qua BF 1060 quoties imminebit] quotiens ingrueret BF 1062 proprietas] proprietatis *ed.* 1063 impensa spectat immoderate] pensata incommoditate, vel difficultate BF | quam] quae BF | urgeri] ingeri BF 1064 uolentesque] uolentes quoque BF | uel] et BF 1066 relicta] relictis BF | sic] ac BF 1067 ordinis] ordinis agenda fuerint BF | nos] uos eo BF | uberius] utilius BF | consuluntur] consuluntur BF 1067–1068 maiores] maiori BF 1068 ut hic in] in hac BF | plene] plenam BF 1069 confidimus] fiduciam obtinemus BF | sunt] sint BF | dicto] ipso BF | nominandae] nominandi BF 1071 administrationibus legitimis generalibus liberantur] administrationem legitimam generalem BF | libere] liberam BF | uere] ueros BF 1073 rerum] praedictarum rerum BF 1074 pro eisdem et] per eosdem in BF 1075 utilitate] utilitates BF | declaratione] declaratione regulae BF | sicut quando] sicut et quando a te BF

*filiis generalis, et singularis nostri in prouincia, uel custodia sibi decreta, uel eisdem
 fratribus de assensu nostro extiterint requisiti per se petendi, exigendi, recipiendi,
 alienandi praedicta, transigendi quoque, et possidendi, conueniendi, permittendi,
 1080 refutandi, contrafaciendi agendi, defendendi, et in animabus eorum de calumnia, et
 ueritate dicendi, iurandi, et cuiuslibet alterius iuramenti, praestandi cum illis, et
 contra alios qui huiusmodi res mobiles, aut immobiles aut pretium earum, ut relictas
 eleemosinas fratribus in testamentis occuparent, et uiolenter auferrent, siue contra
 uoluntatem fratrum quomodolibet detinerent, et generaliter in omnibus casibus pro
 1085 rebus licitis ad ecclesiam predictam spectantibus ipsorum fratrum usui concessis,
 nec non pro immunitatibus libertatibus iuribus ac priuilegiis, et indulgentiis eorum,
 siue cuiuslibet satisfactionis, et cautionis onere plenam et generalem, et liberam ac
 auctoritate apostolica, et in iudicio, et extra iudicium potestatem plenam, et liberam
 concedimus auctoritate praesentium facultatem. Nulli ergo etc. Data apud urbem
 Ueterem xv. Calend. Februarii, Pontificatus nostri anno 2. Idem etiam concessit
 1090 Nicolaus quartus, quasi de uerbo ad uerbum, et ideo hic non refero, etc.*

CAPITULUM III

Postea uero Ioannes Papa 22 in illa decretali, quae incipit Ad conditorem cano-
 num, praedicta in aliquibus reuocauit per haec uerba. † *Et quia praefatum Martini* 44
Papae praedecessoris nostri priuilegium dudum seruatum quo ad administrationem
bonorum praemissorum non extitit, nec seruatur, ipsorum procuratorum officium
 1095 *qui nominantur a ministris, et custodibus dicti ordinis Romanae ecclesiae iniurio-*
sum ac multis aliis molestum, onerosum, et etiam in honestum noscitur, districtius
inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, extorquendis, seu administrandis bonis, que
in posterum ordini uel fratribus offerri uel conferri, seu alias obuenerit contigerit,

1089–1090 ??? 1092–1111 ACC² 269–296 (252–54)

1076 et singularis nostri] uel singulis aliis uestrum BF | eisdem] ab eisdem BF 1077 nostro
 extiterint] uestro extiterunt BF | per se] ac eadem personae BF 1078 possidendi] pro-
 mittendi BF | conueniendi] remittendi BF | permittendi] om. BF 1079 contrafaciendi]
 quietationem faciendi BF | animabus] animas BF 1080 iuramenti] generis iuramentum BF
 1081 ut] uel BF 1083 casibus] causis BF 1084 licitis] et locis huiusmodi BF | predictam]
 ipsam BF 1086 siue] sine BF | liberam ac] liberam habeant BF 1087 potestatem plenam]
 potestatem revocandi quoque personas easdem et earum quamlibet, ac alias eis subrogandi vel
 nominandi per supradictum modum nominationis quotiens opportunum fuerit quae eandem in
 praedictis vel similem habeant potestatem plenam BF 1093 nostri] nostri predicti T | quo
 ad] quo T 1094 ipsorum] ac ipsorum T 1096 onerosum, et etiam in honestum] et etiam
 onerosum T 1097 extorquendis] petendis exigendis defendendis T 1098 fratribus] fratribus
 predictis T | contigerit] continget T

quisquam nominetur a quoquam seu constituatur a modo nomine S. Romanae Ecclesiae procurator, nec occasione cuiuscumque priuilegii apostolici, quicumque administratorum quorumcunque bonorum quae obuenire fratribus ipsis, uel ordini contingerit, in posterum, in iudicio, uel extra agendo, uel defendendo, uel aliquo modo assumere uel exercere dictae ecclesiae nomine audeat, nisi de sedis apostolicae licentia speciali, decernentes irritum, et inane, si secus a quouis in posterum contingerit attentari, non obstantibus quibuscumque priuilegiis a Martino Papa praedicto, uel ab aliis praedecessoribus nostris ipsis fratribus, uel ordini sub quacumque forma uerborum, uel expressione concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulae in aliquo non intendimus derogare, nec priuilegiis fratribus ipsis sue eorum ordini, seu ab apostolica sede concessis (nisi duntaxat quo ad praemissa tangentia) praeiudicium aliquod generare. Nulli, ergo, etc. [...] Data Auenionii 6 Idus Decemb. Pontificatus nostri anno 7.

Si igitur praedicta inspicimus, non cassauit Papa praedictus praedictam concessionem, nisi solum in bonis, quae in posterum fratribus, uel ordini offerri contingerit; ergo in his, et pro his quae dictis fratribus erant concessa ante dicta constitutionem, ut pro ecclesiis, domibus, oratoriis, et similibus possint nominari procuratores secundum formam praedictarum literarum, fuit autem facta Ioannis constitutio, anno Domini 1327, die, et mense praedictis. Item est aduertendum, quod dicti Ioannis constitutio reuocat praecedentem solum in his, quae fratribus relinquuntur, unde super his | quae non loquuntur fratribus sed ecclesiae fratrum potest fieri dicta nominatio ex uigore illius generalis clausulae in literis Marti. Aliud est enim relinquere fratribus, aliud est relinquere ecclesiae fratrum, ut dictum est in praecedenti libro in 7 distinctione. Et pro iuribus ecclesiae, fratres possunt agere, ut supra patet nec est reuocatum, ergo, etc. Item diligenter est aduertendum, quod ex praedicta constitutione nullo modo liceat dictas res fratribus relictas contra uoluntatem fratrum occupare, uel detinere, et in hoc regulae non sunt correctae, quod facit ad multa dicta, et dicenda in hoc capitulo.

CAPITULUM IIII

45 Reperio etiam quod per Nicolaum † Papam in illa decretali, Exiit qui seminat, §. qui uero libros, fit mentio de quodam procuratore speciali ad recipiendum pretium

1122 Supra, ll. 944 ff.

1099 constituatur] constituatur *ed.* 1100 cuiuscumque] cuiusuis T 1101 administratorum] administracionem T 1102 contingerit] continget T | defendendo] defendendo supplicando T 1102–1103 aliquo modo] alias quomodolibet T 1104 quouis] quoquam T 1106 ab aliis] aliis T 1107 expressione] expressione uerborum T 1110 Data] Datum T | Auenionii] Auinione T 1115 constitutionem] costitutionem *ed.*

librorum, qui uenduntur per fratres, et illud in rem licitam expendendum, per
 1130 haec uerba: *Si uero res huiusmodi aestimata pretio uendi contingat cum fratribus ip-*
sis per se, uel per alium recipere pecuniam regula prohibente, non liceat, ordi^{|111va|}*namus,*
et uolumus, quod talis pecunia seu pretium recipiatur, et expendatur in rem licitam,
et cuius usum fratribus licet habere per procuratorem a prefata sede, uel Cardinali
 1135 *gubernationem per seipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum, etc.* Et
 sic uidetur, quod ad istum certum actum datur procurator ab apostolica sede in
 eo quod dicit de Cardinalibus, uidetur correctum per decretalem Ioannis Papae,
 cuius uerba supra proxime retuli, ubi dicitur, quod *nullus potest institui procurator*
dictorum fratrum nomine Romanae ecclesiae, nisi de sedis apostolicae licentia spe-
 1140 *ciali.* Unde esset necesse,^p quod Cardinalis conseruator haberet de hoc speciale
 mandatum, alias de hoc procurator citari non posset. Postea uero Nicolaus Papa 3
 in suis constitutionibus, quas circa statum fratrum minorum edidit in illo capitulo
 quod incipit, **Rursus** ordinarius circa uenditionem dictorum librorum, sic ait, per
 illos quibus fuerunt dicti libri distributi, dicti libri possunt distrahi, commutari,
 uel uendi, seu quomodolibet alienari, nisi pro melioribus, et utilioribus libris, et
 1145 tunc de consensu, et licentia monasterii, et illorum, per quos fuerunt distributi,
 etc. Ecce ergo uidetur permittere, quod ex causa legitima possunt uendi. Ministri
 autem uenditio paesupponit pretii perceptionem secundum modum, et ordinem
 eorum statuti congruentem, et sic uidetur, quod talis procurator ab apostolica
 sede exposcere super istis in quolibet conuentu, et ita ut audio, fratres obseruant.

CAPITULUM V

1150 Est etiam quidam Procurator † generalis ordinis, qui semper in curia Romana 46
 moratur, ubi ordo minorum in communi, et particulari semper habet multa facere,
 unde ibidem unus procurator de ipso ordine ad ista negotia pertractanda, qui
 eligitur per generalem ministrum in generali capitulo, de qua constitutione paefa-
 tus Benedictus Papa 12 in praedictis **suis constitutionibus**, super statu fratrum
 1155 minorum, c. 24. Quaedam etiam ad ipsum officium procuratoris pertinentia
 posuit. Et idem Benedictus in **12 capitulo de libris**, cuius procuratoris officium
 ad nostrum examen non pertinet, etc.

^pTho. D. Necesse. Uide Raph. Cuma. in consi. 169. incip. uiso testamento.

1130–1134 VI 5.12.3 (col. 1118) 1137–1139 cf. ACC²276–281 (253)

1133 et cuius] cuius F | Cardinali] a cardinali F 1134 seipsam] ipsam F

CAPITULUM VI

- 47 Habent etiam fratres in multis locis aliquos ex his fratribus, † qui uocantur Procuratores conuentus, horum officium est, quod cum in regula contineatur, quod fratres *uadant pro eleemosyna confidenter*, unde cum ipsis conuentibus sit necessitas multa, secundum quod ordo exigit, frater ille qui dicitur procurator habet illas eleemosinas procurare. Potest etiam hic humiliter extra iudicium procurare, ut fratribus relicta legata petantur, ut supra in praedendenti distinctione dictum est. Potest etiam sibi procurare eleemosynas pro fratribus induendis et necessitatibus fratrum. Licet enim in regula diceretur de fratribus et necessitatibus infirmorum ministri et custodes sollicitam curam gerant, etc. Et sic uidebatur, | quod aliis non posset committere, tamen quia ordo exigit, ita quod custodes et ministri hoc expedire non possunt, concessit praedictus Nicolaus in dicto capitulo Exiit, *quod ipsi ministri et custodes possunt huiusmodi curam et sollicitudinem exercere*: et sic semper ad hoc debent habere mandatum a ministris et custodibus, et illi qui tenentur ad dandum pro fratribus induendis, non debent soluere guardiano, nec alteri de eius mandato, uel ministro, uel custodi, nisi guardianus habeat super hoc mandatum a ministro uel custode, sed debent soluere ipsi procuratori, uel alteri de eius mandato, uel ministro, uel custodi. Et talis procurator nullo modo in iudicio potest esse, nec litigantibus pro re temporali assistere, ut de aliis fratribus superius est dictum. Et quod iste talis appellatur procurator prout uidetur poni in **dicta constitutione, c. 5**, ubi sic ait, de quo communi panno ministri, et custodes, guardiani, lectores, praedicatores, procuratores, et caeteri fratres omnes induantur, et in eo quod dicit, procurator, intelligimus de praedictis, ut puto.

CAPITULUM VII

- 48 Possunt etiam per † statuta terrarum, et communitatum constitui procuratores et syndici, qui nomine ciuitatis possunt relicta, et alia obuentionia fratribus petere, exigere, defendere, gubernare, uendere et in necessitate fratrum distribuere cum pleno mandato, quod iuridice arbitror, esse effectum. Primo, quia ipsi communitati uidetur relictum, ut supra in pluribus partibus huius operis est probatum. Item quia concedentes possunt in ipsa concessione exprimere, per quem res dictae uendantur, nec alias in necessitatem fratrum conuertantur, patet in illo capitulo Exiit qui seminat, cuius uerba statim scribam. Sed statutum ciuitatis est communis

1160 *RegB* 6.2 (231) 1163 *Supra*, ll. ??? 1165–1166 cf. *RegB* 4.2 (230–231) 1169 VI 5.12.3 (col. 1118) 1176 *Supra*, ll. ???

1169 possunt] possint F 1180 procuratores] procnratores *ed.*

utlitas omnium ciuium, l. 1, ff. de legibus; ergo ipsi ciues possunt constituere
 aliquem procura|torem, qui de relictis concessis ab eis hoc faciat, et iste procurator |111vb|
 1190 uel syndicus dicitur syndicus, seu procurator ciuitatis: appellatur autem in uulgari
 syndicus fratrum minorum, qui ad ipsorum utilitatem est constitutus. Circa quem
 autem syndicum plura sunt uidenda. Primo, an eis liceat procurare, quod ciuitas
 faciat talem syndicum. Et uidetur quod sic ex uerbis Nicolai in dicto capitulo
 Exiit, §. caeterum cum in eadem ubi sic ait: *quo casu procuret a fratribus, quod*
 1195 *ille, qui dabit eleemosinam per se, uel per alium non nominandum ab ipsis, si*
fieri poterit, sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum adsumendum huiusmodi
satisfactionem faciat in totum, uel in partem, prout sibi dominus inspirauerit. Si
tamen ipse hoc nollet facere, uel non posset, uel quia recessus eius immineat, aut
 1200 *quia quibus hoc uelit committere notitiam non habeat fidelium personarum, seu*
quacunque alia occasione, uel causa declaramus, et dicimus, quod in nullo regulae
puritas infringatur, aut quomodolibet ipsius obseruantia demaculetur, si fratres ipsi
alicuius uel aliquorum sibi curent dare notitiam, uel aliquem seu aliquos nominare
ac etiam praesentare: cui, uel quibus, si eleemosynam facienti placuerit, committi
 1205 *possit executio praedictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus*
in scriptis, etc. Ecce ex praedictis liquet, quod ciues, qui istas eleemosynas, et
 legata concedunt, possunt per suam legem syndicum facere ad praedicta. † Item 49
 ex praedictis liquet, quod ipsi fratres possunt procurare, quod hoc fiat, quod
 intelligo, quantum ad actus extraiudiciales sed quantum ad iudicium, et litigia
 pro istis temporalibus non credo, quod hoc eis procurare liceat imo: ut puto,
 1210 statui eorum omnino repugnat, ut dixi supra proxima distinctione, c. fi. Item
 ex praedictis liquet, † quod ciuitas ad praedicta potest constituere syndicum, uel 50
 syndicos nominatim exprimendo, et si nominatim non uult exprimere, potest
 constituere illum quem fratres nominabunt, seu praesentabunt, in hac tamen
 forma, in constituendo adhibeatur talis cautela, ut constituentes uerbis congruis,
 1215 et statui fratrum non repugnantibus utantur, non enim licet fratribus nominare
 aliquem ad litigandum ut dictum est, dicatur ergo sic. Ille uel quis inter fideles
 deuotos duxerint nominandos, ad recipiendum ea quae ea quae sibi relicta et
 concessa fuerunt, dans licentiam et potestatem eligendi, et petendi eos syndicos,
 et procuratores, constituimus, etc. Ut sic fratres ipsi eos non nominent, nisi ad
 1220 rem eis licitam. Statutum tamen eis sic nominatis, uel ita concedere possunt.
 Item ex | praedicta autoritate † patet quod dicimus, quod dictus syndicus non |574a| 51

1188 D. 1.3.1 1194–1205 VI 5.12.3 (col. 1115) 1210 Supra, ll. ???

1194 procuret] procuretur F 1201 infringatur] infrangitur F | demaculetur] maculatur F
 1203 ac] aut F | placuerit] placuit F 1204 executio] exsecutio F 1205 in] infra F

- solum potest constitui, ut ipse praedicta faciat, sed etiam ut alium, seu alios loco suo constituat. In aliquibus tamen ciuitatibus sunt statuta, quod fratres minores habeant syndicos, sicut alii religiosi, et quod eorum syndici in iudiciis audiantur.
- 52 Et statutum, quod alias † in iudicio nomine fratrum minorum compareat, non puto ualere; repugnat enim statui, et regulae eorum et per consequens sacris canonibus qui eorum statuta, et regulam approbarunt. Hic autem modus faciendi syndicos nomine communitatis, ut supra dictum, iuridicus est et iustus, ut arbitror. 1225
- 53 Illius autem syndici communitatis ipsius nomine constituti potestas apparet ex his, quae in praededitibus sunt relata. † Nam si in aliquo sit haeres instituta ecclesia, dictus syndicus syndicus ciuitatis poterit adire haereditatem, petere, uendere, et in utilitatem ecclesiae conuertere, et in alium commutare ex causa, ut dictum est supra in infra libro 4 distinctione. Idem si iure legati relinquatur ecclesiae, ut dictum est supra dist. 4, c. fratres, alias filii, lib. 2. Sed si relictum esset, tunc pro tali legato, siue sit quantitas, seu species, competit ciuitati actio personalis, non actio in rem, cum in ciuitatem nullum transeat dominium, ut dictum est supra distin. 4 et distin. 6. Et ideo si res legata syndico traderetur, efficeretur dominus traditione, et posset de ea disponere prout uellet antequam sibi tradatur, sed alienando non transferret dominium, quia dominus non est. Sed si alienasset, an haeres posset ab emptore recipere, alias repetere, dicam in sequente capitulo. 1230 1235 1240

CAPITULUM VIII

- 54 In multis locis † uidi quod ipsi fratres, uidelicet, guardianus cum capitulo, et custodes faciunt aliquos seculares suos syndicos ad lites, et causas, etiam ad uendendum, alienandum, et pretium recipiendum, et eis dant plenam potestatem, quod utrum procedat, et qualiter, uideamus. Ad quod sciendum est, quod prout in praedediti capitulo dixi quando ille, qui dat eleemosinam, non uult, uel non potest eligere personam, quae excusationem praedictam faceret, ipsi fratres ipsum eligere possunt, ut supra uerba relata manifeste dicunt. Sicut ergo unus potest nominari per fratres in una singulari eleemosyna, ita potest unus nominari per fratres, ut eorum obuentiones recipiat, in quibus certa persona per concedentem non deputatur, et istum quidam nominant syndicum fratrum, quidam depositarium, de quo fit mentio per Clementinas in dicto capitulo Exiui, etc. ⟨§.⟩ porro cum fratres, ubi sic ait, *ad amicos, siue sint dati procuratores, siue deputati per eos uel* 1245 1250

1233 Infra, ll. ??? 1234 Supra, ll. ??? 1236 Supra, ll. ??? 1237 Infra, ll. ??? 1252–1253 Clem. - 5.11.1 (col. 1196)

1252 amicos] amicos huiusmodi F | dati procuratores] dantes pecunias F | siue¹] seu F | eos] ipsos F | uel] siue F

nuncii, siue depositarii, siue quouis alio nomine nuncupentur. Nunc ad propositum dico, quod quando tales fratres faciunt et uerba non bene sonant, possunt tamen
 1255 habere sanum intellectum ut intelligantur, quod fratres faciant talem eorum syndi-
 dicum, scilicet ad ipsorum fratrum utilitatem, et illud, quod dicti syndici faciunt
 syndi|cario nomine fratrum, debet intelligi, quod hoc faciunt tanquam nominati |112ra|
 a fratribus nomine eorum, qui eleemosynas concesserunt, ad utilitatem tamen
 1260 fratrum. Similem expositionem facit glossa in uerbo, illi haeres, C. de his quibus
 ut indig. Polla, et ff. de his quibus ut indig. l. tutores. † Uerba enim in contractibus 55
 intelliguntur improprie, prout adaptari possunt ad materiam, de quam agitur, ut l.
 si uno, ff. lo. in prin. et l. si ita stipulatus, de usu. et l. damni infecti quidam, ff. de
 damno infecto. Item uerba syndicatus praediti, † quando porriguntur ad lites, et 56
 1265 causas, omnino reprobis; quia fratribus ad hoc nominare non licet, ut in praece-
 dente capitulo dictum est. Unde quantum ad illa uerba, instrumentum syndicatus
 haberetur, pro non scripto, quantum ad illos qui eleemosynas concesserunt, uel
 quantum ad haeredem eius, qui soluit legatam rem; quia pro illa re legata possunt
 in iudicio defendere, et agere, sicut dicimus de eo apud quem res est deposita, siue
 1270 sequestrata, ut ff. ut leg. nom. cauea l. postquam §. Imperator. uersi. sed si nec
 ipsi. Contra ipsum uero recipientem eleemosynam nullo modo potest agi, cum
 apud eum remaneret libera potestas reuocandi, ut supra in hoc 2 libro, di. 4 c.
 3. Item nec contra haeredem, a † quo legatum relictum est, si haeres ipse uoluit 57
 aliquem actum, uel officium, ut dicit, intentari possunt nomine fratrum minorum;
 quia ipsis fratribus non competit, ut superius est probatum, et sic qua actione
 1275 iste sit electus, debeat agere nomine eorum, qui eleemosynas tales concesserunt,
 sequeretur quod contra eundem ipsius nomine ageretur, quod fieri non potest, l.
 2 de ope. no. nun. | Posset tamen agere, ut quilibet de populo, ut supra dictum est, |574b|
 et haeres cogere solueret tanquam personae nominatae a fratribus. Quantum
 1280 uero ad alia acta, quae ueniunt expendenda extra iudium, ut recipere a sponte
 solventibus, et res receptas uendere, ex pecunia sibi data alias emere, et in fratrum
 necessitatem conuertere, puto dictum syndicatum sufficere intelligendo eum, ut
 supra dixi. Quia tamen illa uerba dicti syndicatus statui fratrum non conueniunt,
 dico fratres ab ipsorum confectione abstinere nam Clemens in dicto capitulo Exiui,
 §. denique, cum idem confessor dicit sic, *In omnibus se gerant, quod se cunctis*

1259 Gl. ad C. 6.35.2 pr., s.v. ‘illi haeres’ 1260 D. 34.9.22 (= tutorem) 1261–1262 D. 19.2.15(17) pr.
 1262 D. 7.8.16 | D. 39.2.43 1269–1270 D. 36.3.5.1 1271–1272 Supra, ll. 2-4-3 1276–1277 D. -
 39.1.2 1282 Supra, ll. ??? 1284–1285 Clem. 5.11.1 (col. 1196)

1253 siue²] vel F | siue³] seu F 1260 quibus] quae K 1267 quantum] quatum *ed.*
 1274 fratribus] ftatribus *ed.* 1283 Exiui] exiuit *ed.* 1284 omnibus] omnibus sic F

ostendant in dictis pecuniis, sicut non habent, penitus nil haberent, ut dicta uerba 1285
 58 sonant prima facie, eos aliquid habere, etc. † Cautius ergo facerent, si simpliciter
 aliquem, uel aliquos nominarent ad recipiendas res legatas fratribus, et relictas,
 seu aliquo modo concessas, et conuertendas eas in fratrum necessitates secundum
 concedentis uoluntatem, et secundum quod a iure permittitur. Istud ergo eis licet
 in his, quae conceduntur inter uiuos, ut supra probatum est. Et etiam in his quae 1290
 conceduntur in ultima uoluntate, eodem modo, ut dictum est in dicto capitulo
 Exiit qui seminat, §. ad haec, quia fratribus. Et tales sic nominati possunt facere
 59 omnia, quae supra dixi. † Sed pone, quod talis syndicus seu sic nominatus contra
 uoluntatem haeredis, rem sic fratribus relictam uendidit, et tradidit. Et pretium
 recepit, quid iuris? Respondeo ex tali contractu emptori non quaereretur domi- 1295
 nium, nec ius in re, ex quo agere possit, si alius possideret, quia ille, qui uendidit,
 ius uendendi non habuit, ut supra est expressum. Si tamen ipse emptor possidet,
 et haeres uendicat, habet exceptionem, per quam potest retinere rem emptam,
 donec sibi restituatur pretium quod soluit, quod apparet in fratrum necessitatem
 expressum. Hoc enim solo commodo haeredis cedit, merito restituendum, ff. de 1300
 rei uend. l. emptor. C. de praed. mi. l. praedia, l. uinum, ff. de reb. cred. An autem
 60 contra † talem sic nominatum fratres habeant actionem? Respondeo non. Hoc
 probatur in dicto capitulo Exiit qui seminat, §. caeterum, ubi sic ait: *ita tamen*
quod ab omni eiusdem pecuniae administratione, seu dispensatione, et contra perso-
nam praedictam actione, seu persecutione, ut dictum est, fratres abstineant omni 1305
modo. Ecce aperte liquet, quod contra praedictos nullam habeant actionem, nec
 contra aliquos pro aliqua re temporali, ut dictum est. Illi tamen qui dictas res
 concesserunt possunt ab eo recipere, et petere, et etiam respublica, ar. eorum quae
 dicta sunt supra, etc.

1292 VI 5.12.3 (col. 1117) 1293 Supra, ll. ??? 1301 D. 6.1.65(66) pr. | C. 5.71.8 | D. 12.1.22
 1303–1306 VI 5.12.3 (col. 1115) 1309 Supra, ll. ???

1285 non] nec F | haberent] habere F 1301 uend.] vindicatione K 1305 dictum]
 praedictum F 1307 contra] conrra ed.

MINORICARUM LIBER TERTIUS

1. *Fratres minores non possunt esse executores testamenti, in quo pia causa, uel pauperes simpliciter sunt instituti.*
2. *Fratres minores non possunt esse executores testamenti, in quo res uendenda uenit, et pretium in alios distribuendum.*
3. *Frater minor potest executor testamenti in quo relicta est pecunia distribuenda in necessitatem fratrum arbitrio talis fratris.*
4. *item potest esse executor ad distribuendum inter fratres, moniales, et sorores sui ordinis.*
5. *Potest etiam esse executor, quando solum persona eligenda est in quam fieri debet distributio.*
6. *Electio personarum, et distributio [sic] pecuniarum si est collata in fratres minores, an teneat, quod sic respectu personarum. Nu. 9.*
7. *Executore non eligente, quis eligat.*
8. *Executore non distribuyente, cuius arbitrio res erat distribuenda, non succedit legitimus, sed lex ipsa distribuit.*
10. *Frater minor, in quibus non potest esse executor, potest tamen consilium dare, ut exequatur. |* |112rb|
11. *Executori testamenti ingressuro ordinem fratrum minorum non potest frater minor dare consilium.*
12. *Executor [sic] datus in testamento, qui habet exequi cum consilio fratrum minorum, quando teneatur illud requirere.*
13. *Executor qui requisiiuit consilium fratrum minorum, quando teneatur illud sequi.*

PRIMA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 1310 De executionibus ultimarum uoluntatum quae fratribus relinquuntur, an per eos exerceri ualeant? Uidetur quod non, et sic uidetur declaratum per Clementem in dicto capitulo Exiui de paradiso, ubi sic ait, *Cumque praedicti ordinis professores pro nulla re temporali | possint in iudicio experiri, praedictis fratribus non licet, nec competit, quin potius considerata sui puritate status scire debeant sibi interdictum,* |575a|
- 1315 *quod huiusmodi executionibus, seu dispositionibus se exponant, cum haec saepius*

1312–1316 Clem. 5.11.1 (col. 1198)

1312 praedicti] dicti F 1315 executionibus] executionibus F | seu] et F

absque litigio et contrectatione, et administratione pecuniae nequeant expediri.

- * Econtra uidetur quod possunt,^q quia in quibusdam casibus cessant rationes
 1 praedictae. Ideo quid iuris sit, per singulos casus prosequamur. † Quandoque
 enim executores ultimatium uoluntatum uicem haeredis tenent, et ipsi habent
 actionem mouere, et in iudiciis respondere, quod est, quando pauperes, uel captiui, 1320
 uel aliqua pia causa sunt simpliciter, ut C. de episc. et cle. l. si quis ad declinandam.
 Et *Extra*, de testa. c. cum tibi, et ibi notatur per Innocentem et isto casu non est
 dubium, quod fratribus minoribus est executoris officium interdictum tam ex
 uerbis, quam ex eo, quod haereditatis non sint capaces.

CAPITULUM II

- 2 Quandoque † isti executores uicem haeredis^r non sustinent, nec aliquod litigium 1325
 sperant, et tunc siquidem est aliqua res uendenda, uel pecunia distribuenda in
 illo executoris officio, non licet eis intromittere, ut uerba supra relata ostendunt.
 Nec obstat quod posset dici, quod praedicti poterunt administrare per personas
 nominatas eo respectu, quo supra dictum est in legatis, quia illud uerum est
 pro eorum necessitate sed si fieret ista distributio pro aliis idoneis, nullo modo 1330
 licet. Haec probantur in dicto capitulo Exiui, §. porro, ubi sic ait Papa *attendant*
fratres praedicti, quod nullis aliis causis quam praedictis uel similibus in uia uel
alibi liceat recurrere ad amicos huius, siue dantis pecuniam, siue deputati per eos,
 3 etc. Apparet ergo manifeste, quod ex nullis aliis causis licet. Ex his puto, † quod 1335
 si relinqueretur pecunia distribuenda in necessitate fratrum arbitrio talis fratris
 minoris, quod talis executionis officium possit implere haerede soluente sponte:
 fiet enim administratio per personas supra positas, ut ipse frater arbitrabitur. Hoc
 enim eorum statui non repugnat, ut dictum est, et rationes proxime dictae cessant.

^qTh. D. Quod possunt. Uide plene per Ias. in l. patre furioso; ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. in uersic. secundo facit ubi uideas.

* Barb. con. 12 lib. 1. I. M.

^rTho. D. Uicem haeredis. Uide Bar. in l. a filio, in prin. ff. de alim. et cib. leg. et ibi Ale. de Imo. in addi. Et uide And. Sic. in c. tua nobis [X 3.26.17], *Extra*, de testa. et Bart. in consi. 6 incip. uiso testamento. Et uide Lud. Rom. in consi. 409 inci. quo ad primum in secundo dubio, ubi consului, quod licet fratres praedicti non possint esse exequutores si tamen fuerint exequuti, ualet exequutio.

1321 C. 1.3(6).48(38) 1322 X 3.26.13 1331-1333 Clem. 5.11.1 (col. 1196)

1321 simpliciter] simplicitet *ed.* 1332 praedicti] praefati F | nullis] pro nullis F 1333 liceat]
 licet eis F | huius] huiusmodi F | dantis pecuniam] sint dantes pecunias F | deputati]
 deputati *ed.* | eos] ipsos F

CAPITULUM III

Idem dico si pecunia † ueniat distribuenda inter moniales, sorores monasteriorum, 4
 1340 quae reguntur per ipsos fratres. Nam Benedictus Papa XII in constitutionibus,
 quas fecit circa statutum fratrum minorum, hoc uidetur ex ponere in capitulo Exiit,
 ut dixi in alio li. distin. 5 c. 1. Hoc etiam probatur in eiusdem constitutionibus, c.
 32 quae incipit, Insuper quia decet Christi famulos, etc. Ubi expresse permittit
 1345 fratribus, ut rationibus et computationibus et distributionibus bonorum tempora-
 lium inter ipsos intersint, ut eas pertractent, ut ex multis patribus illius capituli
 colligitur, ubi sic ait, *In singulis monasteriis eiusdem per prouinciales, et ministros*
eiusdem ordinis minorum de consensu Abbatissae, et conuentus, seu maioris partis
numeri eorum de autoritate apostolica certus monalium numerus statuatur, iuxta
monasterium ipsorum sub poenitentia obuentum, et etiam facultatem, ita quod | ex |112va|
 1350 *his congrue ualeant sustentari, etc.* Ecce aperte liquet, quod talibus distributioni-
 bus et computationibus, scilicet quantum pro quolibet detur, possent interesse.
 Idem etiam probatur in eodem capitulo, ubi ait, *nisi adeo ipsorum monasteriorum*
facultates excrescerent, quod pluribus possent sufficere competenter, sed tunc talis
excrescentia referatur capitulo generali fratrum minorum, a quo ordinari habet,
 1355 *quot personas de ipsis fructibus, uel obuentibus excrescentibus ultra statum mona-*
sterii, etc. | Et in pluribus aliis partibus eiusdem capituli, praedictis autem casibus, |575b|
 ut supra et infra dicitur, fratres posse se de executione intromittere, intelligatur
 habita licentia superioris, ut *Extra*, de testam. c. religiosus, lib. vi.

CAPITULUM IIII

Quandoque^s committitur † eis aliquod executionis officium, in quo nullum liti- 5
 1360 gium, nulla pecuniae exactio, seu dispensatio uertitur. Uerbi gratia, quod decem
 floreni expendatur inter decem pauperes, uel ut unus florenus pro quolibet, qui
 pauperes eligantur per talem fratrem. Item nulla fit distributio pecuniae, sed
 testator ipse distribuit, sed per fratrem fiet sola electio personarum, an possit
 fieri per eum? Puto quod sic, nam cessant rationes prohibentes. Praeterea ex hoc
 1365 fratribus nullum commodum quaeritur. Est enim ista electio meri facti, quod

^sTh. Di. Quandoque. Uide Bar. in cons. 6 post princ. incip. uiso testamento. Et Lud. Ro. in consi. 409 incip. quo ad primum, in 2. dub.

1342 Supra, ll. ??? 1343 ??? 1346-1350 ??? 1352-1356 ??? 1358 VI 3.11.2

1342 constitutionibus] eonstitutionibus ed. 1358 religiosus] religionis ed. 1360 pecuniae] pecuniae ed.

patet, quia cadit in deportatum, qui non est capax eorum quae sunt iuris ciuilis, l. cum pater, §. haereditatem, de leg. 2, ff. ad Trebellianum, l. ex facto §. si quis rogatus, ii. Hoc enim, si fideliter fiat, meritorium est, ipsi enim propter secreta quae audiunt in confessionibus melius cognoscunt pauperes uocandos quam alii homines. Hoc enim nec malum est, nec species mali habet, tamen debet hortari eum secundum Deum ne eligat personas, in quibus possit esse sinistra suspicio. 1370

CAPITULUM V

- 6 Sed pone, quod aliquis reliquit † pecuniam, uel res distribuendas arbitrio executorum, et inter pauperes, quos executores elegerunt,^t et sint fratres minores, in dicta constitutione continentur duo scilicet electio personarum, et haec est fratribus licita. Item distributio pecuniae, et hoc est fratribus interdictum. An poterunt dicere fratres, nos uolumus pauperes eligere, distributionem autem pecuniae faciat ille, ad quem spectat, quod uidetur, quasi ut utile per inutile non uitietur, imo separetur, ut in c. utile per inutile, li. 6, de reg. iu. Et quia sunt duo, ergo potest unum amplecti, et aliud respui, l. 2, de leg. 2, cum si. Econtra uidetur, quia si eligantur personae, impeditur distributio, quae alteri deberet competere. Aliter enim cogitur quis distribuere inter plures, aliter inter pauciores; ergo uidetur, quod non possit, l. 2, §. qui Stichum, ff. de eo, quod cer. lo., ibi, dum dicit, *alioquin tollis ei actionem dum uis seruare reo electionem*. Secundo dicendum est, † quod fratres poterunt eligere personas. Pro cuius intellectu est sciendum, quando relinquitur personae incertae, ut pauperibus, uel captiuis, tunc si executor testamentarius non eligit, succedit legitimus: scilicet episcopus, l. nulli et l. si quis ad declinandam. et in Authen. de eccl. tit. §. si quis autem hoc facere. Quandoque persona est certa, sed res quae relinquitur, est incerta, tunc executor non declarat rem,^u si quidem debet eligere unam de certis, ipsi succedit in arbitrium, et electio sit ipsius legatarii, executore non exigente, ut l. fi. §. fi. C. commu. de leg. Si uero executor debeat arbitrari simpliciter, quatenus sibi uidetur, tunc succedit arbitrium boni uiri, hoc est iudicis, ut l. 1 de leg. 3. Quandoque contingit quod personae, et res sunt incertae, sed qualiter inter † personas praedictis distribuantur dictae res, 1375 1380 1385 1390

^tBer. Land. elegerunt. Uide Pet. de Ancha. in consi. 253. Rom. consi. 228 incip. pro plena discussione. Et 406 incip. quo ad primum propositae consultationis.

^uTh. D. Non declarat. Uide plene die dicto Bar. hic per do. Franc. de Are. in consi. 68 incip. do. Ioann.

1367 D. 31.1.77(79).4 uel D. 31.1.77(79).18 1367-1368 D. 36.1.18(17).6 1378 VI 5.13.37 (= utile non debet) 1379 D. 31.1.2 1382-1383 D. 13.4.2.3 1386 C. 1.3(6).28 | C. 1.3(6).48(38) 1387 N. 131.11.3 (= Si autem qui haec facere) (= Coll. 9.6) 1390 C. 6.43.3.4 1392 D. 32.1.1

1395 arbitrio executoris committitur, et tunc executore cessante distribuere, non succedit legitimus distributor, sed lex ipsa distribuit, ut quilibet aequaliter admittatur, qui uenit ad petendum, l. qui duos, §. fi. de leg. 2 et l. cum quidam, et l. unum ex familia, §. sed et si fundum., eo. ti. et ibi per glo. in uer. dixi ita demum. At nunc † in proposito, si frater nomet personas, licet ipse non posset inter eas 9 distribuere, tamen distributionem facit lex, ne aliquis posset conqueri, ne sibi facultatem distribuendi abstulerit, cum lex ipsa hoc fecerit. Praeterea in legato 1400 illo primo debet attendi persona, ut l. quidam referunt, ff. de iure codicillorum. Debet ergo electio personarum praecedere, et praeferri. Aequius enim est, quod per electionem | personarum impediatur distributio, quam per distributionem impediatur personarum electio, ut ex praedictis patet. |

|576a|

|112vb|

SECUNDA DISTINCTIO

CAPITULUM I

1405 An autem^v istis † executoribus, si reperiantur fratres, possint dare consilium? 10 Uidetur quod sic: licet enim Clemens statim post uerba praedicta in c. 1, praecedentis distinctionis. Subdit sic, ueruntamen in his exequendis dare consilium eorum statui non obstat, cum per hoc ipsis circa temporalia bona nulla iurisdictio, actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur. Quae uerba intelligo generaliter prout 1410 iacent, siue consilium determinate.^w

CAPITULUM II

1415 Sed si persona † quae a fratribus consilium peteret, esset ipsorum fratrum ordinem ingressura, tunc fratres super eo consilio dare non possunt, ut colligitur ex his uerbis Clem. infra dicto capitulo Exiui, §. dubitauerunt, ubi sic ait, *Dubitauerunt, et dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quicquam recipere si donetur, et si ad dandum personis, et conuentibus eos possint inducere sine culpa: si etiam ad disponendum de distributione talium rerum debeant ipsi ministri uel* 11

^vTho. D. An autem. Uide Ale. in l. 1, §. si plures. in addi. Bar. ff. de exer. in aposti. quae incip. seruanda est, uers. et an debeat saltem.

^wDeterminate. Uide Bar. in l. quidam, §. Papinianus, ff. de admi. tut. et ibi apost. Ale. et ibi scripsi.

1396 D. 31.1.13 | D. 31.1.21 uel D. 31.1.24 1397 D. 31.1.67(69).5 | Gl. ad D. 31.1.67(69).5, s.v. '???' 1401 D. 29.7.14 1406–1407 Supra, ll. ??? 1413–1417 Clem. 5.11.1 (col. 1195)

1416 uel] seu F

fratres dare consilium; et paulo post, dicimus de caetero debere tam ministros, quam fratres caeteros a dictis inductionibus ad sibi dandum et suasionibus nec non et dandis, circa distributionem consiliis abstinere, etc. Licet uerba praedicta solum uideantur referri, quando ingrediens de bonis suis^x uoluit distribuere. 1420
 Ueruntamen idem puto si uellet distribuere de bonis alienis, quia forte fuisset executor relictus in bonis alterius, quia rationes, quae ponuntur in illa decreali etiam locum habent, uidelicet, quod fratres debeant magis habere affectum ad personam, quam ad bona temporalia. Praeterea, subest altera ratio, quia cum sit ingressurus religionem, et sic in potestate monasterii et fratrum ipsorum, rogamen, 1425
 et suasio esset praeceptum, et sic ille libere non distribueret ideo Papa uoluit, quod hoc casu a dandis consiliis abstinere, arg. ad hoc, ff. de adul. l. si postulauerit, §. ratio autem publicandorum.

TERTIA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 12 An autem ille † tertius cuius executoris officium, et distributio est iniuncta in testamento cum consilio fratrum minorum, debeat eorum consilia requirere de necessitate? Breuiter omissi multis dictis infra in praesenti capitulo sic dico. Aut testator iniunxit, quod fiat cum consilio fratrum minorum eo casu quo ipsi fratres non possunt esse executores, et de urbanitate debet eorum consilium requirere, de necessitate non tenetur, l. quidam decedens, §. Papinianus, de administr. tutorum, at eo casu, quo ipsi fratres possunt esse executores, tunc debet eorum consilium 1435
 requiri, ff. man. l. idemque, §. si quis, et l. sed et pupillus, §. conditio, ff. de instito. et l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. haer. et l. coram Titio, ff. de uerbo. sign. Sed contra praedicta facit, | ff. de admin. tut., l. Titium, et Moaeuium, ubi reperitur quod etiam qui non potest esse particeps officii, non tenetur quis eius consilium requirere, sed ibi loquitur in curatore, cuius potestas est a lege, licet a 1440
 testatore detur. Sed hic loquitur in executore, cuius potestas est ab homine, sicut potestas procuratoris, et circa haec et alia quae infra dicam proxi. latius dixi in quodam commento, quod feci in l. infra, §. si plures, ff. de exerc. Haec uero hic

^xTho. D. De bonis suis. Uide las. in auth. si qua mulier, in princip. C. de sacrosan. eccles.

1417–1419 Clem. 5.11.1 (col. 1195) 1427–1428 D. 48.5.28(27).11 (= Iubet ... ratio autem publicandorum) 1434 D. 26.7.5(6).8 1436 D. 17.1.10.4 uel D. 17.1.10.7 | D. 14.3.11.5 1437 D. 29.2.25.4 | D. 50.16.209 1438 D. 27.7.47(48) 1442 Infra, ll. ??? 1442–1443 Bartolus ad D. 14.1, §. Si plures (*Op. om.* [1562] 1:700b–703b)

1436 et] si K

dixisse sufficiant. Sed an † ille, qui ipsorum requisivit consilium, teneatur illud 13
 1445 sequi de necessitate. Dic, aut loquimur in eo casu, quo consilium requirere non
 tenetur de necessitate, et tunc non tenetur illud sequi, ut patet ex his quae dixi
 supra in c. proximi. etiam si testator dixit, quod hoc faciat de consilio et consensu
 ipsorum, ne quod una uia prohibetur, id fiat alia, l. scire oportet, §. i., ff. de excu.
 tut., *Extra*, de reg. iur., c. cum quid una, lib. 6. Aut loquimur eo casu, quo tenetur
 1450 requirere consilium quod est quando ipse potest executor esse, si quidem est
 frater minor assumptus ut executor, et consultor si|mul tenetur illud sequi, dicta l. |113ra|
 Titium, ff. de adm. tu. Aut fuit assumptus, ut simplex consultor, et tunc sufficit,
 quod eius requiratur consilium, nec tamen sequi debet, ut *Extra*, de arb. c. cum
 olim. Et arg. ff. man. l. 2 in fi. Et sic reprobatur distinctio eorum, qui dicunt,
 1455 aut dixit consilium, aut cum consilio, et tangitur per glossam in dicta l. id quod
 pauperibus, C. de epis. et cler. et ego plenius in dicta §. si plures, ubi respondi ad
 omnia iura, si qua possunt in contrarium facere, etc.

1447 Supra, ll. ??? 1448 D. 27.1.13(15).1 1449 VI 5.13.84 1451–1452 D. 27.7.47(48)
 1453–1454 X 1.43.7 1454 D. 17.1.2.6 1455–1456 cf. Gl. ad C. 1.3(6).24, s.v. ‘consistat’ 1456 Bartolus
 ad D. 14.1, §. Si plures (*Op. om.* [1562] 1:700b–703b)

1446 quae] que *ed.* 1448 scire oportet] sciendum est K

MINORICARUM LIBER QUARTUS

1. *Fratres minores non succedunt ab intestato, nec per ipsos etiam ecclesiae Romanae acquiritur, sed haereditas uadit ad sequentes in gradu.*
2. *Fratres minores non succedunt ab intestato, etiam in his rebus, quae licite retinere possunt.*
3. *Fratres minores nouitii ante professionem succedunt ab intestato.*
4. *Profitentes regulam fratrum minoru, libere de bonis suis disponere possunt.*
5. *Filius praeteritus a patre profitente regulam fratrum minorum, rumpit testamentum.*
6. *Haeres institutus in testamento ingredientis religionem fratrum minorum, statim capt haereditatem, aliter morete non expectata naturali.*
7. *Ingressus, et professus religionem fratrum minorum non potest bona sua diuidere inter filios suos.*
8. *Bona profitentium religionem fratrum minorum pertinent ad uenientes ab intestato.*
9. *Professus religionem fratrum minorum, si efficitur episcopus, non recuperet bona alii quaesita.*
10. *Frater minor episcopus, uel aliter liberatus ab ordine, quando recuperet ius succedendi ab intestato.*
11. *Frater minor remotus ab ordine propter eius demerita non recuperat ius succedendi ab intestato.*

PRIMA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 1 De haereditatibus quae fratribus ipsis ab intestato obueniunt, aliqua dubia oriuntur. † Primo, an frater minor parentibus et aliis agnatis ab intestato succedat,^y sicut monachus, ut dicitur C. de epis. et cler. l. Deo nobis, §. hoc etiam. Istam quaestionem mouet ibi **Iac. de Are.** et etiam Cynus recitat opinionem quorundam. Quidam dicunt, quod per eos acquiritur ecclesiae Romanae. Alii dicunt, quod acquiritur eis, non ut retineant, sed ut uendant. Alii dicunt, quod nullo modo habere possunt. Sed istorum opiniones fuerunt antequam ueniret declaratio Clementis in dicto capitulo Exiui, §. cupientes. Ut haec quaestio determinetur, dic

^yBer. Lan. Succedat. Uide Ro. consi. 168 et 396.

1460 C. 1.3(6).54(44).5 1461 Cino ad C. 1.3.54, nn. 5–8 (1:21ra)

1470 sic, quia igitur successoribus transit non solum ususfructus rei, sed etiam dominium
 suo tempore in communem haeredem: fratres autem praefati nil sibi in speciali,
 uel etiam ordini eorum est in communi, declarando dicimus, quod successionem
 huiusmodi, quae uerisimiliter, et indifferenter ad pecuniam, et alia bona mobilia
 se extendunt, considerata puritate uoti, nullatenus sunt capaces, etc. Ecce habeo
 expresse, | quod his fratribus uel ordini nullatenus quaeritur, et sic legitimam
 debitam iure naturae non poterit petere, uel habere, cum sit tertia eius, quod
 habituri erant ab intestato. Sed ab intestato nihil habituri sunt, ergo etc. Item ex
 eo, quod dixit, eos non capaces, apparet, quod non quaeritur per eos ecclesiae
 1475 Romanae, ut l. si in metallum, ff. de his, quae pro non scrip. hab. et de haer. insti.
 l. 1, et de bo. lib. l. (si) necem, §. si deportatus. Uenit ergo dicta haereditas ad
 sequentes in gradu.

|577a|

CAPITULUM II

1480 Sed quid, si in dicta † haereditate est domus contigua loco fratrum minorum, uel
 ibi sunt res, quas fratres ad usum possunt licite retinere, an in illis succedant?
 Respondeo non, ut patet ex praedictis uerbis, dum dicit, nullatenus, ergo etc. Et sic
 in nulla parte, uel re. Praeterea non dicitur quis proprie succedere in rebus certis,
 sed in haereditate, quae est quoddam incorporale, licet contineat res corporales,
 ut ff. de re. di. l. 1 in fi., et Insti. de reb. corp. et in corp. §. 1, et per totum titulum.
 Cum igitur ipsi non sint capaces istius successionis, hoc est ipsius uniuersalis iuris,
 1485 ergo nec eorum, quae in dicto iure continentur, et praedicta uera in fratribus iam
 professis, etc.

2

CAPITULUM III

Sed nouitii, ante factam † professionem expresse, uel tacite, sunt liberi homines, 3
Extra, de regular. c. non solum, lib. 6. Et est hodie in fratribus minoribus expresse
 de|claratum per **Benedictum Papam XII in dictis constitutionibus**, ubi sic ait,^z

|113rb|

^zBer. Lan. Nouitii. An nouitius habeatur pro clerico, uel laico, uide Pet. de Anch. consi. 72.

1466–1470 Clem. 5.11.1 (col. 1197) 1475 D. 34.8.3 1476 D. 28.5.1 | D. 38.2.4.2 1480 Supra,
 ll. ??? 1483 D. 1.8.1.1 | I. 2.2.1 | I. 2.2 1488 VI 3.14.2

1466 successoribus] in successionibus F | ususfructus] usus F 1467 communem haeredem]
 heredes F | nil] nihil F | in speciali] in speciali acquirere F 1468 etiam ordini eorum est]
 eorum ordini possunt etiam F 1469 uerisimiliter et] etiam ex sui natura F | et] et etiam ad F
 | bona mobilia] mobilia et immobilia F

Caueant autem guardiani, et ipsi nouitii, et magistri eorum, ac fratres alii, ne contra constitutionem intra probationis annum aliquantulum impedire praesumant, quominus si ad aliam religionem transire maluerint, transeant, uel etiam ad seculum redeant, sicut de sua processerit uoluntate, etc. Ecce apparet, quod sunt in sua libertate, ergo sicut alii liberi, et seculares possunt succedere, qui si postea fecerint professionem, erit de istis bonis, sicut si praedicta successione sibi quaesierint, sicut de aliis bonis proxima distinctione dicitur. 1490 1495

SECUNDA DISTINCTIO

CAPITULUM I

- 4 De bonis uero † eorum,^a qui praedictorum fratrum regulam imitantur, uel profitentur, quid iuris sit, uideamus. Constat enim quod ipsi nil retinere possint omnino, et si quid ipsi ante professionem de bonis suis distribuerint, seu dispositionem fecerint, haec rata esse debent, et firma, cum in ipsa regula adiiciatur, quod liceat ingredientibus, et sit liberum facere de bonis suis, secundum quod dominus spirauerit, hoc etiam dicitur in dicto capitulo Exiui, §. dubitauerunt, etc. Et licet in his, qui alias religiones ingrediuntur, consueuerit dubitari, an in eorum testamento, quod ante fecerunt, debeat aliquid de iure institutionis relinquere monasterio quod ingrediuntur, ut C. de sacros. eccl. auth. si qua mulier. Et 19 quaestio 3, c. si qua mulier. Tamen in eo, qui profitetur regulam Minorum, hoc expeditum puto. Ille † enim filius praeteritus rumpit testamentum, qui potest succedere, alias secus, ut l. si necem. §. 1, de bo. liber. et l. Gallus. §. et quid si tantum, ff. de lib. et posthum. | 1500 1505 |577b|

CAPITULUM II

- 6 Isti etiam haeredes † instituti in testamento talis sic ingredientis capient ipsius haereditatem statim, non expectata morte naturali, licet de ingredientibus alias 1510

^aTh. D. De bonis uero eorum. Sed si monachus, uel fratres unius monasterii detinetur bona fide in alio monasterio tanquam frater ipsius monasterii detinentis, et emat unam rem, quae tradita est abbati, uel guardiano ipsius monasterii secundi detinentis, et non apparet ex cuius pecunia monasterii ipse emerit, de qua intelligitur, uide Pau. de Ca. et Alex. in l. cum fundus, §. seruum. ff. si cer. pet.

1490–1493 ??? 1502 Clem. 5.11.1 (col. 1195) 1505 N. 123.38 (= Coll. 9.15) 1506 C. 19 q. 3 c. 9 1508 D. 38.2.4.1 1508–1509 D. 28.2.29.5

1505 19] 11

religiones consueuerit dubitari, in dicto auth. si qua mulier.^b Ratio, quia ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorum ab eo habet per omnia eundem effectum, quem habet mors naturalis, ergo idem ius, l. Deo nobis in prin., C. de epis. et cle. et l. ex ⟨ea⟩ parte, §. ⟨in⟩ insulam., ff. de uerbo. obl. Ad quod etiam per **Dynum** in dicta l. si necem. Et puto istam suam uoluntatem non poterit reuocare, ut statim dicam, etc.

CAPITULUM III

Quandoque contingit, † quod ingredienti dictam religionem fratrum minorum fecerunt professionem, et de bonis suis nullo modo disponunt, dubitatur primo, an potuerunt bona sua diuidere inter filios, sicut possunt alii, qui alias religiones ingrediuntur, dicto auth. si qua mulier. Respondeo non puto, quia post professionem non possunt se impedire de talibus constitutionibus, cum non faciant ob suas necessitates, sed ob alias, et hoc uerum esse probatur, per ea quae dixi in praecedente libro. De executoribus ultimarum uoluntatum, dixi in c. 3. Et per hoc puto, quod uoluntatem propriam reuocare non possunt. Quicquid sit de iure in aliis religiosis, hic non dico, etc.

TERTIA DISTINCTIO

CAPITULUM I

Sed ad quos pertinebunt † bona ipsorum ingredientium praedictam religionem, et non disponentium? Ista est antiqua quaestio eam tangit Innocentius *Extra*, de proba. cap. in praesentia.^c Et hodie Ioan. And. recitat opin. et | eam tangit Spec. in tit. de sta. mo. c. 1, 2, 3, et 4. Breuiter quid iuris sit in aliis religiosis, hic non dico. Sed quantum ad fratres minores dico, quod eorum ordo ex praedictis bonis nil debeat, uel possit petere, ut expresse colligitur in dicto capitulo Exiui, §.

^bTh. D. Si qua mulier. C. de sacros. eccl. et ibi uide Ias. et ibi scripsi, et uide do. Bar. Soc. in consi. 92 in prin. inci. circa primum.

^cTh. D. Cap. in praesentia. Uide Lud. Ro. consi. 216 incip. circa declarationem ubi plene.

1512 N. 123.38 (= Coll. 9.15) 1514 C. 1.3(6).54(44) pr. 1515 D. 45.1.121.2 1521 N. 123.38 (= Coll. 9.15) 1524 Supra, ll. ??? | Supra, ll. ??? 1529 X 2.19.8 | Ioannis Andreae, *Novella commentaria* ad X 3.35.1-4 (3:175b-77a) 1530 Cf. Gulielmus Durandus, *Speculum iuris* 3.4, De statu monachorum et canonicorum regularium (413b-23b)

1518 †] scripsi 1527 †] '8' in loco '1' scripsi.

dubitauerunt. Unde puto, quod quantum ad istam materiam penitus habeatur pro mortuo, ut dictum est, quod dicta bona pertineant ad uenientes ab intestato, sicut sicut si mortuus esset. Facit ad hoc, C. de bon. dam. authen. bona damnatorum, etc. 1535

CAPITULUM II

- 9 Contingit interdum, † quod illi, qui regulam fratrum minorum sunt professi, transeunt ad episcopatum,^d uel aliam regulam, qui possunt in communi habere. Quaeritur primo, an eorum bona alicui quaesita possint recuperare? Et uidetur, quod sic, sicut dicimus de restituto, l. 2, C. de sen. pas. et l. 1, ff. de sen. pas. Contrarium dico, quia siue dicas, quod haec restitutio sit in pristinum statum repositio, siue quod indulgentia, seu permissio transeundi ad alium statum separatum, non recuperat bona tam aliis quaesita, quam fisco., <ut> l. Gallus. §. et quid si tantum, de lib. et posthu. Et ibi notatur in fine magnae glossae et ideo bona non recuperat, ut C. de sen. pas. l. 1, et l. tutor, cum similibus. 1540 1545

CAPITULUM III

- 10 Quaero, an talis frater † minor factus episcopus, uel ad aliam religionem legitime translatus succedat ab intestato parentibus agnatis, et cognatis? Et uidetur, quod sic, ut C. de sen. pas., l. 1. Contra uidetur, quod non, | casus est, ff. ad Tertul. l. 2 §. 1, ubi loquitur de filiofamilias facto seruo, et postea liberato. Solutio. Putarem dicendum sic. Aut iste liberatur ab ordine autoritate summi Pontificis, et puto, quod ius succedendi recuperet, l. 2, C. de sen. pas. et ff. ad Tertul. l. 1, §. filius qui mortis. Idem puto si aliter legitime ab aliquo Archiepiscopo, uel alio praelato promoueretur ad aliquam dignitatem. Per hanc enim concessionem beneficii intelligo eum ad omnia restitutum, ut dictis legibus cum ius succedendi recuperet, nec est in eo statu, in quo erat ingressus, facit 19 q. 1 cano. statutum. Per quem cano. et multas alias rationes Reuerendus Pater dominus Franciscus de Assisio Decretorum Doctor Abbas Monasterii Campi Regii in medium adducit, qui istum 1550 1555

^dTh. D. Episcopatum. Uide Fel. in c. inter quatuor. ubi plene, de maio. et obe. et Ias. in l. Gallus. §. et quid si tantum, ff. de lib. et posthu. Et uide Fed. de Sen. consi. 32.

1533 Clem. 5.11.1 (col. 1195) 1535 Auth. Bona damnatorum p. C. 9.49.11 1540 C. 9.51.2 | D. 48.23.1 1543 D. 28.2.29.5 1544 Gl. ad C. 9.51.1, s.v. 'quid sit in integrum' 1545 C. 9.51.1 | C. 9.51.4 1548 C. 9.51.1 1549 D. 38.17.2.1 1551 C. 9.51.2 1551-1552 D. 38.17.1.4 1555 C. 19 q. 3 c. 3 (= Statuimus)

1551 filius] filio K

passum ad mei interrogationem sic disputans determinavit. Si uero reperitur alius
 1560 modus licitus, quam expressa concessione beneficii, uel dignitatis, per quam ab eo
 ordine absolueretur, tunc ius succedendi non recuperatur, dicta l. 2 §. 1, ad Tertul.,
 dicta l. 1, §. filius qui mortis eodem titulo, ubi textus facit istam distinctionem,
 et bene, alias aduertatur. Hoc autem † potest contingere, si aliquis propter eius 11
 demerita ab ordine licentiaretur, et ab ordine ei permitteretur, ut transiret ad aliam
 regulam, quod eo casu ei licet, non alias, ut per multa priuilegia Romanorum
 1565 Pontificum fratribus est concessum, quae hic non refero, quia longum esset. Eo
 autem casu non puto eos recuperare ius succedendi, per iura praedicta. Illa enim
 absolutio magis est ad poenam, quam ad praemium, etc.

CAPITULUM IIII

Posset quaeri^e aliquis erat grauatus restituere, si decederet sine liberis, qui decessit
 instituto filio fratre minore, an talis filius faciat istam conditionem deficere, etc.
 1570 Uel pone, per Italiam sunt statuta, quod filiae foeminae non succedant extantibus
 masculis, utrum filius masculus frater minor faciat foeminam non admitti, et
 plura alia possent quaeri, quae licet sint dubia propter statum fratrum minorum,
 tamen quia haec ad eos non pertinent, (non est enim eorum commodum, uel
 incommodum,) ideo ad praesens opus non pertinent, sed haec in aliis locis debitis
 1575 sunt tractanda.

Finis Tract. Minoricarum Bart.

^eTh. D. Posset quaeri. Adde Bal. in l. filiusfa. §. cum quis, in fi. de leg. 1 et in l. 3 in fi., ff. de bon. pos. contra tab. et in l. 1, §. filium eodem titu. et in l. fi. C. quando, et quibus quarta pars. Et Ang. in Auth. de non eligen. secundo nuben. in fi. prin. Et in l. 1, C. de cond. inser.

1560 D. 38.17.2.1 1561 D. 38.17.1.4

1561 filius] filio K

BIBLIOGRAPHY

- Bartolus de Saxoferrato (1590). *Bartoli a Saxoferrato, Omnium iuris interpretum antesignani consilia, quaestiones, et tractatus nunc recens quadragintaquatuor aliis consiliis, tum criminalibus tum ciuilibus et uno tractatu de procuratoribus locupletata; atque etiam, praeter alias additiones ad hanc diem editas, aureis adnotationibus Iacobi Anelli de Bottis, regis consiliaris neapolitani, illustrata*. Vol. 10. Venice: Apud Iuntas.
- (2007). *Opera omnia*. In *der Bearbeitung von Iacobus Concenatius*. 5 vols. Ius commune: Rechtstradition de Europäischen Länder. Legistik 2. Fankfurt-am-Main: Vico Verlag. Reprint of Basel 1562 edition.
- Cinus de Pistoia (1964). In *Codicem, et aliquot titulos primi Pandectorum tomi, id est, Digesti veteris, doctissima Commentaria*. Nunc Summariis amplius tertia parte auctis, infinitisque mendis sublatis, & Additionibus in margine adiectis, multo diligentius & emendatius quam antea excusa: a iureconsulto celeberrimo domino Nicolao Cisnero I.U.D. augustissimae imperialis camerae assessore dignissimo, correcta, & illustrata. 2 vols. Turin: Bottega d’Erasmus.
- Dinus de Mugello (1498). *Lectura super titulo ‘De regulis iuris’ in Libro Sexto*. Venice: n.p.
- Esser, Cajetan, ed. (1978). *Opuscula sancti patris Francisci Assisiensis*. Grottaferrata: College of St. Bonaventure.
- Friedberg, Aemilius, ed. (1959). *Corpus iuris canonici*. 2 vols. Editio lipsiensis secunda. Leipzig: Bernhardi Tauchnitz.
- Gulielmus Durandus (2009). *Speculum iuris cum theorematibus Ioannis Andreae et Baldi de Ubaldis reliquorumque doctorum*. 2 vols. Ius commune. Rechtstradition der Europäischen Länder. Kanonistische Literatur 8. Frankfurt am Main: Vico Verlag.
- Ioannes Andreae (1963). *In quinque Decretalium libros*. With an intro. by Stephan Kuttner. 5 vols. in 4. Turin: Bottega d’Erasmus.
- Krueger, Paulus et al., eds. (1966). *Corpus iuris civilis*. 3 vols. Dublin: Weidmanns.
- Sbaralea, J. H. and C. Eubel, eds. (1983). *Bullarium franciscanum*. 7 vols. Rome: Vatican.
- Tarrant, Jacqueline, ed. (1983). *Extravagantes Iohannis XXII*. Monumenta Iuris Canonici, Series B: Corpus Collectionum 6. Rome: Biblioteca apostolica vaticana.